

PARS II,
 SEV
 DISS. I.
 DE
 LVDOVICO ROMANORVM REGE.

PRAEFATIO.

Inscriptio libri, qui de Ludolfo contextus est, promittit non solum vitam et res gestas eiusdem Ludolfi, sed instituta etiam eiusdem et monumenta pia plenius exposita. Finis enim duplex est, quem mihi in concinnando hoc volumine ob oculos posui. Historiam inferioris Saxoniae, et Ducum, qui eam tenuerunt, enarrationem, siquidem utraque cum Ludolfi vel genere vel rebus gestis et institutis arte cohaeret, praecipue respexi, ut gentis nostrae antiquitates hoc pacto illustrarem. Deinceps conuerti animum ad Gandersheimensia, partim ut exinde iuri publico et ritibus medio aevo vigentibus, quorum fere nunc memoria est extincta, consulerem, partim ut hac ratione dominos circum vicinos a mortuis excitarem, quibuscum rationes domus Augustissimae Brunsvicensis olim coniunctae fuerunt. Eum in finem genus Ludolfi ex tenebrosissimis historiae recessibus eruere et in lucem protrahere contendi, et in Partibus adiectis, quae vberior institutorum Ludolfi piorum explanatio continetur, in id incubui, ut de Comitibus Northeimensibus, et Welficis, qui tandem Saxoniae Ducatum obtinuerunt, de Ducibus Billungicis, et aliis accurate scriberem, quo sine tabulas Genealogicas nonnullas supra praemiseram, quae nunc sunt auctae. Accesserunt Comites Wincenburgici, quorum postremi Landgrauiatum Thuringiae obtinuerunt, Comites Woldenbergenses, Woldensteinenses, Woltigerodenses Sommerchenburgenses et data occasione alii. Inpersa eis sunt nostra, quae penes aequos rerum aestimatores non videbuntur negligenda. Nequid tamen progressuro esset offensionis, operam in id defigere conatus sum, ut docerem, quis ille fuerit rex et Imperator christianissimus, quo mandante Sergius II Pontifex Romanus Ludolfum benigne suscepit et reliquiis Sanctorum donauit. Si vel maxime intelligeremus Ludouicum regem Germaniae seniore, nihilo secius auctoritati diplomatis Ludolfini alterius nihil detraheretur, siquidem ex exemplis luculentissimis constat, reges tum Imperatorum adpellatione fuisse adfectos, regesque dictos esse imperare. Omitto cetera. Ne vero subesset quicquam coacti et minus natiui, ingressus sum eam sententiam, Ludouicum Lotharii filium sociumque, regem Italiae, esse intelligendum. Admisi ad finia et scopo congruane, tractatio auferret. Vale.

CA &c.
 aud procul Visurgi
 que, siquidem ea-
 vtrique adsignatur,
 putat in Lubekena,
 olino, quaestio est
 Adolfus certe, Co-
 se et fundasse. (dd)
 princeps immortalis
 RSTENBERGIUS,
 uppia fluuio adia-
 lis Musagetae medi-
 quod Carolus de-
 st penes recentiores
 ego cognominatum
 et Sigambriam. Heic
 t, qui ad Rurac et
 confederant. Sunt
 bri australes. Con-
 ens inuenit. Rudera
 in Kuckenhausum,
 et monumenta alia
 ne Lippe: Aliso ca-
 aderborenensi. Con-
 st funera celeberr-
 pidum ad Bocum an-
 gente non modica
 Francis Duriburgum
 a Tacito indicari
 bilis et eleganter ae-
 rmanicae, auctore
 rofecto intelligitur,
 pagus fuit bardorum,
 elo Bardongauense ad-
 tum non omnes ad-
 certe obscuris aliis cr-
 auctoris, qui Geogra-
 merato. IN
 it. adolphus Comes de Seba-
 us ille licet paganus fue-
 rit Comitatus fuit. At licet
 nocens scriptoribus Fran-
 censi interpretentur, Sum-
 e a D. Meinhofio, qui
 ius Bocum ad Lappiae in-
 Certe Carolum, pace con-
 ent scriptores Franci, et
 ribus reconciliandae sup-
 endae erat; eoque in ho-
 ppetiis viderit laborari
 Opus historicum et Geo-
 graphico: Inferior ad hunc
 vtriusque qui eadem con-
 tra et profecto a prima
 illerent. libro singulari
 BEHRENS. ad eum tenet
 ad hereditate manumit-
 e Palaco-Hiltsheimen-
 is Turckis diligentiam re-
 si fama est, conuenerat,
 e iuberetur. In Geogra-
 idem Annalium et docu-
 renfore, addente et aliis
 uisueris.

PARS II.
SEV
DISS. I.

Quae est diplomatica, de Ludouico Romanorum rege, Ludolfi fundationem et dotationem commendante eo, cuius fit mentio in Diplomate Ludolfino altero.

- Summa. §. 1. *Scopus indicatur, qui consistit in tentamine Vindiciarum vberiorum Ludolfini Diplomatis, huc usque neglectarum a nostris, et Vita Ludouici additur.*
- §. 2. *IOANNIS GEORGII LEVCKFELDII dubitationes criticae circa hoc Diploma.*
- §. 3. *LVDOVICVS rex ille est Lotharii Imperatoris filius natu maximus.*
- §. 4. 5. 6. *Disquiritur, an Imperator tum dici potuerit et debuerit, immo dictus sit Rex Romanorum, quod etiam de regibus Italiae eius temporis ostenditur.*
- §. 7. *An diplomata Gandershemensi monasterio impertita, quae Innocentio III. antiquiora sunt, papiro olim fuerint inscripta. De Bullis Papalibus id est adfirmandum; De Ludolfi, regum et Imperatorum Diplomatum id est negandum.*
- §. 8. *Fundationis et dotationis commendatio Ludeuiciana postulat, vt de Riuderia marcu et Lutheria marcu expositio plenior adiungatur.*

§. I.

Scopus indicatur Dissertationis, consistens in tentamine Vindiciarum vberiorum Diplomatis Ludolfini, huc usque a nostris neglectarum.

EXcussimus in enarrata Ludolfi vita Diploma Ludolfinum vtrumque, cum Brunshu-
sae tum Gandersheimio a conditore destinatum. Operae enim videbatur pre-
tium, et tractatio ipsa postulabat, auctoritatem fidemque diplomatis vtriusque genui-
nam aduersum cuiusque dicam criticam et masculam et sinceram vindicare. Fatum illud
nobis cum Osnabrugensibus et Fuldensibus commune est, vt origines monasterii Gan-
dersheimenses primas et in membranas patentes olim redactas roserint et misere lan-
cinarint ingenia criticorum aevi recentioris. Scripserunt profecto, quod miserandum
est, exteri de monasterio Gandersheimensi libero, exempto et immediato, quidquid
per nebulam audierant ipsisque quidquid fors casusque obtulerat. Nostri sua satis cal-
lentes iura possessione et facto ipso sese defenderunt atque generoso silentio dignita-
tem inuoluerunt suam. Vindice et apologeta haud adeo fuit opus eis, qui publicis iu-
ribus et immotis vetustissimorum saeculorum litteris omni opinione critica validioribus
innixi priuatas schedulas nullius fere penſi habuerunt. Satius enim saepe est parta tueri
et auctoritatem possessionis parum iactare, quam chartas producere, in quas liuor et
otium criticorum inuehatur. Enim vero quum horas subsaeciuas et otia honestissima
labori potius quam socordiae consecrare cuperem, feriaturus paullisper a seuerioribus
Mufis, in id iuxta incubui, vt responderem pro tempore ad ea, quae institutioni primae
Ludolfinae vel obiecta sunt vel obiici queunt. Dolendum est, angustiis me temporis
intercludi, quo minus numerosissima Diplomata, sigilla rarissima nec ea pauca, et Bullas
copiosissimas perlustrare a carceribus ad metam possim. Potiora selegi et obuia, plura
daturus, si vixisse detur. Haec si renascentibus litteris in lucem fuissent protracta, ge-
nerosissimus IMHOFIVS in Notitia Procerum imperii, BVCELINVS, BRVSCHIVS
et auctor libri, *die durchläuchtige Welt*, tot incerta et falsa de statu Abbatiae et Capituli
Gandersheimensis litteris minime mandassent. Verum quia egregia documenta heic
in angulis scriniisque latuerant, obscuritas Gandersheimensi coenobio circumfusa est pe-
nes exteros. CHRISTIANVS IVNCKERVS illa obfuscatuſa ignorantia, originem mo-
nasterii huius ad aeuum Henrici secundi, Imperatoris ex Ludolfo procreati, retulit. (a)
BODO neruum rei neglexit et inutilia plerumque sectatus est. LEVCKFELDIVS me-
liora

(a) In Geographia medii aevi p. 222. Quis ignorat, patrem Henrici fuisse Henricum iuniorem Ducem
Bavariae?

liora dedit, optima daturus, nisi festinatio eum occupasset, et discessus iudicis ad capeffendum ministerium verbi diuini in oppido Groningae, ad Halberstadium posito, coeptum eius profigisset. Hi nostra exornarunt et copiose persecuti sunt. Insurrexerunt alii in iura prima et institutum Ludolfinum. *MEIBOMIVS, CALVORIVS, LEIBNIIVS, EC. CARTVS* et *HAHNIVS*, summi omnino viri, fidem primorum diplomatum Gandersheimensium extenuare et momenta originis atque Ludolfinae foundationis concutere conati sunt. Vnicus tandem fere Vir Clarissimus *IOHANNES FRIDERICVS SCHANNAT*, quando insultationes consimiles in Diplomata Fuldensia retundit, priuilegium Agapeti II Gandershemio datum et exemptionem monasterii Ganderhemensis ab omni iurisdictione ecclesiastica praeterquam Papae Romani, inibi comprehendens, egregie vindicat suamque nostris opem fert humanissimam aduersus *IOHANNEM GEORGIVM ab ECCART*. (b) *IOHANNES GEORGIVS LEVCKFELDIIVS* in *Antiquitatibus Ganderheimensibus* nonnulla minus plene, alia falso, alia ex studio partium recensuit, et recentissima Abbatissarum pacta ne leui quidem brachio adtiguit. Ipse Diploma Ludolfinum alterum reputauit primo (c) pro genuinae antiquitatis monumento, quod paullo post auctoritate et fide propemodum omni exiit. (d) Caussatur equidem, sibi antea non constituisse, Sergium Papam Romanum iam anno 847 tenuisse Episcopalem Romae honorem. (e) Verum id ipsum caret omni neruo nec veritati est consentaneum. (f) Ne autem Ludouicum secundum, Lotharii Imperatoris filium, quadam cum obscuritate paulo post lectori repraesentemus, vita eius in compendium missa heic praefigenda est. Eratis patre Lothario, matre Irmengerde natus, quorum ille a. 855. 29. Sept. haec autem anno 851 mortem obiit. Ludeuicus Pius nepotem suum Ludeuicum ex Lothario ortum dudum destinauerat fascibus imperii capeffendis. Lotharius eum anno 844 cum exercitu misit in Italiam, in qua expeditione strages maximas edidit et a Sergio Papa in Regem renuntiatus est. Postea a patre in societatem imperii adscitus et anno 850 Romae a Pontifice Leone Imperator est salutatus. Quo facto in Italia coegit comitia, legesque tulit, a patre postmodum confirmatas. Quam pater id consilii cepisset, vt in coenobium Prumiense concedere satius duceret quam imperare, filiis tribus prospecturus de hereditate adeunda, diuisionem prouinciarum instituit Urbae seu Orbae ad lacum Neoburgicum in Heluetia, cui Ludeuicus tamen haud interfuit. Carolo obtigit Prouincia et nonnihil Delphinatus, Lugduni et Burgundiae, cum paucula posthaec adiecta sunt. Quo a. 863 grauissima morbi molestia sine heredibus extincto, Ludeuicus cum Lothario iuniori ab integro diuisionem prouinciarum suscepit, partemque Prouinciae et Burgundiae nactus est. *Lotharingia* maior, cuius pars exigua est Lothringia nostri temporis, Lothario iuniori obuinit, a quo in hanc diem terrae illi nomen adhaesit. Ludouicus, qui Italiam et Galliae partem suo imperio subiectam tenebat, bellum a Normannorum strenuo principe *Hastingo* seu *Garmundo* illatum aegre propulsabat. *Hastingus* enim, expugnata *Luna*, cuius ruina *Scarzonae* in ora Genuensi originem dedit, Romam festinare et Imperio potiri moliebatur. Quae expeditio et expeditionis merces *Hastingi* animosam spem penitus elusit. Ludouici virtutem in Saracenos adhibitam *Adrianus II* Papa summis ad coelum extollere laudibus consueuerat, eo fine, vt Ludeuicus stimulis hisce subiectis incitatus idem stadium porro fortiter decurreret. Pericula enim imminabant Italiae a Saracenis non mediocria. Seodan Princeps Saracenicus in ditionem suam redegerat Capuam, euerterat Neapolim, plura oppida vastauerat. Ludeuicus contra, inito cum Graecis foedere et pacta cum fratre Lothario societate, Beneuentum contendit, Capuam recuperauit, et domicilium praedonum Bari expugnauit. Deum armis Ludouici mirifice fauisse, insitiandum non est. Ipse enim regem barbarorum duxit captiuum et multitudinem nouem millium Saracenorum ad Capuam fudit ac ad internectionem deleuit. Arma victricia latius protulisset Imperator, ni *Adalgisus Comes* et *Dux Beneuentanus*, ex accipiti mutatione temporum pendens, suae potius libertati et potestati quam conatibus bellicosis in Saracenos velificatus esset. Imperatoria eius auctoritas non satis fulgebat amplitudine ditionis ac prouinciarum.

Basilii

(b) In Vindictis quorundam Archiui Fuldensis Diplomatum a Ioanne Georgio ab Eckart perperam impugnanturum p. 20. sqq. *ACTA ERVD. LAT.* 1728. Nou. p. 495.(c) In *Antiqq. Gandersh.* c. IV. §. 3. p. 28. sq.(d) In *Antiqq. Halberstadenibus* P. I. p. 63. 64.(e) In *Antiqq. Halberstad.* l. c.(f) In *Antiqq. Gandersh.* p. 285. *ANNALES* incerti auctoris a Pithaeo editi ad a. 843. p. 40. *Gregorius Papa obiit, in cuius locum surrogatus est Sergius.* Conf. *BARONIVS* *Annal.* Tom. X. ad a. 847. p. 50. 51. sq.

Basilii Macedo, Graecus Constanotinpoli Imperator, vilissimo genere (g) natus, adpellatione honorifica, quae Imperatore fuisset digna, cum adficere detrectabat. Ludeuicus suae impotentiae probe memor, incremento paucularum terrarum ex obitu Caroli fratris locupletatus iterum anno 872 a Papa Adriano II diademate Imperatorio sese curauit, ipsa festa Pentecostes die, decorandum. Extraordinarius erat hic ritus. Indignum erat Ludouico, Romam negligere, nec eam in Imperii sedem deligere, quippe quae Papiae, seu Ticino, Parmae et Rauennae, per quas Imperator vagabatur, longe erat et antiquitate et maiestate anteposenda. Inter haec negotia politica Romae a iudicibus Ludeuici, quos vocat illa aetas *missos*, sunt cognita, expedita et diremta. Sergius omnium maxime Imperii culmen honorifice obseruauerat. Nicolaus primus iurisdictionem sibi stabilivit spiritualem, ad cuius recessum tenebrosum per ambiguas et versipelles artes pertrahi consueuerunt lites et controuersiae, quae nulla ratione ad ministerium doctoris ecclesiastici pertinent. Hic sese iactabat supremum Episcoporum dominum, et superiorem maiestate omni, tribuens sibi potestatem relaxandi iusiurandum, et multas addens insulas viuendi rationes, in quibus nunc nobis non licet esse copiosus. Ludeuicus Imperator, qui nequaquam erat vocandus Balbus, Balbus enim ille fuit tantum rex Galliae, debitum naturae tandem persoluit anno 875. XIX. Kal. Septembris. (h)

(g) *LIVTBRANDVS* in libris rerum gestarum sui temporis L. I. c. 2. fol. 2. a. ed. 1514. fol. apud Ioannem Petatum.

(h) D. *SIMON FRIDERICVS HAHNIUS* in der Reichs-Historie P. I. c. 5. p. 185. sqq.

§. II.

Leuckfeldii dubitationes criticae circa hoc Diploma.

Ad singulas obiectiones, quae critici aetatis nostrae in vtrumque Ludolfinum Diploma eiaculati sunt, respondi, quum recensui vitam Ludolfi. Subit autem animum nodus diplomaticus, quem non tam solui penitus quam adtigi. Restat igitur, vt, addita singulari meditatione, cum eximam et ita profligem, ne quid dubitationis maioris superstit. Fit scilicet mentio Ludeuici in vtroque Ludolfi Diplomate, isque in priori dicitur *Romanorum rex inuictissimus*. In posteriori idem videtur dici *dominus atque inuictissimus Rex*, et sub finem obuius est ibi *Christianissimus Imperator et Dominus noster*, * quem quidem esse Lotharium, Ludeuici secundi progenitorem, non dubito, licet haud penitus absurdum et a consuetudine illius aetatis alienum sit, Ludeuicum regem 843. quo Ludeuici Pii filiorum dissenso in concordiam abiit, singuli fratres aliquando nomen *Imperatoris* adhibuerint (a) et *imperator* olim vocatus sit, qui *rex* erat

* Ludouicus, Rex Germaniae, dicitur *Christianissimus*, in Chronico *REGINONIS* L. II. p. 71. et 78. Tom. I. Pistorii, editionis Struuianae. Pipinus, Maior domus Franciae, dicitur *Illustrissimus et Christianissimus Princeps* in *VITA S. WIBERTI* c. I. p. 243. To. II. Leibnit. et p. 246. Imperator vocatur *christianissimus* in Chronico Engelhusii p. 1047. To. II. Leibn. et porro Tiberius p. 1049. Imperator Arnulphus iam vocat *imperium suum sacrum* apud *WIGVLEIVM HVNDIVM* et *CHRISTOPHORVM GEWOLDVM* in Metropoli Salisburgenfi p. 225. Errat *BOECLERVS*, qui putat sub Fridrico primo demum dictum fuisse *imperium sacrum* in Diss. de Sacro Romano Imperio p. 402. sq. et *CONRINGIVS*, eadem statuens in Notis ad Lampadium de republica Romano-Germanica P. III. c. 2. p. 103, itidem alucinatur.

(a) *SCHANNATVS* l. c. p. 12. sqq. *ACTA ERVD. LAT.* 1728. Nouembr. p. 494. Locus Schannati huiusmodi est: „Notaueram ipse iam alias, donationis Chartam cuiusdam Rantulfi pro Monasterio Faldensi datam anno III. Regni Domini Imperatoris Pippini, quo sensu etiam de eo loquitur Eginhardus, dum obseruat, quod ex Praefecto Palatii Rex constitutus, quum per annos XV. solus imperaret Francis, apud Parisios diem obiit. Idem occurrit in sequentibus: Exstant enim apud Perardum diuersae Chartae, quarum vna data dicitur Anno X. Regni Domini nostri Karoli Imperatoris, altera Anno XXIII. regnante Domino nostro Karolo Imperatore, quin et Diploma pro Monasterio S. Eugendi Iurenfis, quod Hruodmondus Notarius recognouit Anno Regni apposito infra signo Caroli Serenissimi Augusti, quum tamen hic non nisi Anno regni sui XXXII. Imperator salutatus est. Sic inter Privilegia Monasterii S. Michaelis in agro Virdunensi quoddam reperitur datum VIII. Kal. Iulii, Indier. X. octauo Regni Domini Ludouici, imperantis in Francia et imperii eius Anno II. Nota est insuper Epistola Synodica Concilii Wormatiensis, qua erectio simul et fundatio Parthenonis Heresienfis confirmantur, data anno Incarn. Domini. D. CCC. LXVIII. Imperii vero gloriosissimi Regis Ludouici anno XXVIII. Indictione prima. Equis tamen Ludouicum Germanicum imperasse dicat. Aut exinde monumentum XVII. Episcoporum et VI. Abbatum venerandum velit reuicere vt spurium?”

erat; (b) tamen hisce momentis non adeo auide immorabor. Etenim dum Papa Sergius in solium supremi Romanorum Episcopi euectus circa tempus instauratae illius concordiae et sublatus fuit, ac Ludolfus, cuius mortem quoddam fragmentum catalogi Episcoporum Hildesensium in annum 859. (c) reiecit, a Ludouico ad Sergium epistolam commendatitiam accepit; vnicuique innotescit, Ludouicum Germaniae regem non intelligi, sed Ludouicum cognominem, Lotharii filium, qui a parente in societatem imperii adsumtus et a. 844. a Sergio inauguratus est. Haec fuse, ni fallor, supra discussimus. Verum enim vero tres scrupulos inexpugnabiles auctoritati Diplomatis vtriusque obmolitur *Leuckfeldius*, addens tandem: *Ei, qui hosce nodos soluerit, gratias habebit et agam amplissimas.* Oritur inde suspicio, *Leuckfeldio* manum esse porrigendam, vtpote qui omnium optime peruoluerit et reuoluerit acta et diplomata, saeculo IX. et X. concinnata. Attamen nondum desperamus necdum animum despondemus. In promptu enim sunt, quae responderi regerique possunt. Praecipua ratio, cur Ven. *LEVCKFELDIUS* auctoritatem et primam monasterii immediati Gandersheimensis immunitatem succedente aliquo tempore fastidiret, est plane domestica, et in gratiam cultorum historiae litterariae digna, quae heic indicetur. (d) Dubitat is primo de con-

dito-

rium? Alioquin nec Diploma Henrici I. pro Ecclesia Frisingensi datum anno D CCCC XXXI. Indict. IV. XVIII. Kal. Maii Anno Imperii Henrici Regis XIII. nec Charta Eilberti Comitis in gratiam Walciodorensis Coenobii data anno ab Incarn. Dom. D CCCC XLVI. Indict. V. anno XI. Imperii Ottonis Augusti, Henrici Imperatoris filii, nec priuilegium Monasterio Broniensi anno MCXX imperante Lothario anno regni eius VI. concessum, inter authentica recenseri debebunt. Quid? quod Conradus huius nominis III. ad Iohannem Graecorum Imperatorem scribens hoc titulo: *Conradus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus &c.* apud Ottonem Frisingensem L. I. c. 23. vsus est, (licet ut praecedentes Henricus et Lotharius Reges imperiale diadema nunquam susceperit) eius litterae falsi arguentur? Haec *SCHANNATVS.* Qui haec probe perpendunt, non iudicabunt infusum, Henrici Aucupis coniugem in instrumento Theophaniae dotalitio dici *Augustam*, et Ludouicum II. Lotharii filium *imperatorem* potuisse dici in Diplomate Ludolino altero, licet ibi nil impediatur, quo minus Lotharius ipse per *Imperatorem christianissimum* intelligendus sit, quippe a quo Ludolfus, vti verosimillimum est, antequam Ludouici II. iter Italicum firmiter praedefinitum esset, litteras commendatitias et comitatus petere potuit meritoque debuit.

(b) Largitur hoc Illustris *LEIBNITIVS* in Introduct. ad Tom. II. Scriptorum Brunsvicensium n. XXI. p. 32.

(c) *Beschreibung der Bischöfe des Stiftes Hildesheim.* Consentit hoc Mstrum, quod tertiam partem episcoporum eamque primam complectitur, cum Annalibus Episcoporum Hildesensium Ecclesiae, quos Decani olim Hildesheim. Capituli conlegerunt. Addita tamen sunt miracula sanctorum et alia minoris momenti. Auctor meminit Chronici Bothonis, qui sub finem saeculi XIII. scripsit, ideoque aetate iusta in decidendis antiquissimis desituitur.

(d) Serenissima Dux et Abbatissa HENRIETA CHRISTINA, consultante supremo aulae magistro Koehia de Windheim, per I. G. Leuckfeldium curabat conficiendum bonorum Abbatiae album et colligendae documenta status immediati Imperialis, quo Abbatia Gandersheimensis gaudet. Scriptum Leuckfeldii Iuci publicae edidit nemo, quo statum publicum immediatum Capituli Gandersh. illustravit. Est illud soliditatis gloria commendabile, laudibusque suis in aula Serenissimi Ducis ANTONII VLRIICI non caruit. Delegabatur ad quaedam cum Duce Seren. eodem transigenda consiliarius Ven. Abbatissae modo dictae *CHRISTIANVS PHILIPPVS PROBSTIVS*, Canonicus et fratruclis Cancellarii tum Guelfebitani *PROBSTII* de WENDHAVSEN anno 1709. et, inter alia, signa summae clementiae Ducis erga Capitulum, beneficio scripti Leuckfeldiani, reportabat. Eundem in finem I. G. *LEVCKFELDIUS* conscripsit Antiquitates Gandersheimenses; vti ostenderet liquidissime, Abbatissam cum congregatione sibi obnoxia semper fuisse exemptam, immediatam, et imperialem, de qua veritate periti rerum arbitri nunquam dubitarunt nec dubitare poterunt. Cedebat tandem Leuckfeldius, Gandersheimio discedens, tempori, et primum conditore coenobii Gandersheimensis foundationemque cum annexis iuribus iuriumque repetitionibus, quae a natura institutionis primae dependent, in dubitationes coniciebant, vti adparet ex *Antiquitatibus* eius Halberstadtensibus. Ita tamen posuit verba, ut nec Principibus summis nec sibi detuisse videretur. Accedebat alia ratio, quae eundem impellebat ad fastidienda Gandersheimensia. Femina quaedam, paullo ante administra Abbatissae Reverendissimae et arcanorum particeps, inimica erat Leuckfeldio, eique, ne ex commendatione Abbatissae altius emergeret, erat impedimento. At vdenam illae lacrymae? Ministrae inuuptae officias vendiderat, simulando futuras sibi cum ea nuptias, dummodo opera eius feminae liberari posset a promisso partim dato virgini alii, per cuius cognatum Superint. Gen. Halberstad. *LVDEVS* adeptus erat spem adipiscendi Parochiam primariam Groningae. Cetera ad arcanae micrologicas referenda sunt. Accipe tam artem, callidamne an malitiosissimam? Ministra queritur de duritie quadam Principis ficta, et exorat pedissequam, ut singula dicta adnotet communicanda cum Theologo pietatis recentissimae, qualis erat *LVIDERVS* ille cum *Scribersa*. Ipsa paullo post Principi optumae refert, pedissequam inscribere vniuersa dicta et facta Serenissimae in Calendarium quoddam. Princeps, cui scriptio illa displicebat, scrutatur expetitum et adlatum pedissequae Calendarium, et nihil eiusmodi in eo deprehendit. Ministra monet, geminum esse pedissequae Calendarium. In altero igitur scriptura illa inuisa fuit inuenta, et pedissequa circa vesperam eiusdem dici cum dotalibus nonnullis donis pro nouo

C c

COA-

re (g) natus, ad
detractabat. Lu-
errarum ex obitu
mate Imperatorio
rius erat hic riuus.
sem deligere, quip-
r vagabatur, longe
tica Romae a iudi-
diremta. Sergius
primus iurisdic-
iguas et versipelles
ne ad ministerium
rum dominum, et
dum, et multas ad-
pious. Ludouicus
tantum rex Galliae,
(h)

1594. fol. apud Ioannem

49.

ue Ludolinum Di-
bit autem animum
at igitur, vt, addi-
tationis maioris
e, isque in priori
dominus atque inui-
et Dominus noster,
non dubito, licet
Ludouicum regem
rem Augustum ani-
nguli fratres aliquo-
ocatus sit, qui res
erat

DNIS L. II. p. 71. et 78.
dicitur Illustrissimus et
p. 246. Imperator vo-
Tiberius p. 1049. Im-
NDIVM et CHRISTO-
VS, qui putat sub Erido
Imperio p. 402. sq. et
o-Germanica P. III. c. 2.

Locus Schannati huius-
illi pro Monasterio Feb-
de eo loquitur Eginhar-
nos XV. solus imperat
enim apud Perardum de
poli Imperatoris, item
pro Monasterio S. E.
solito infra signo Carol
rator salutato est. Si
ir datum VIII. Kal. Iulii
eius Anno II. Non est
datio Partimonis Here-
si vero plurimissimi Lopi
namicum imperiale dicit
m velit reuocare ut su-
riam!

ditore Ludolfo (e) coniectans, falsum esse id, quod vulgo commemorant, scilicet, eum fuisse dominum Saxoniae totius orientalis et Hercinici tractus nominatim, videtur negare, ad minimum in dubitationem reuocare. In eo enim collocauit scrupulum primum, licet verbis subsequenter simulet, sibi de eo controuersiam cum nemine futuram. Addit quidem, nonnullos addubitare de eo, an Ludolfus fuerit ex profapia Widekindi famosissimi genitus. Sed hoc nihil ad scrupulos facit, quibus diploma vtrumque, et foundationem Ludolfinam esse obnoxiam paullo ante significauerat. Ad scrupulum hunc primum expedita est responsio. *AGIVS* enim *PRESBYTER*, *WITECHINDVS* Corbeiensis, *ROSWITHA*, Catalogi antiquissimi episcoporum Hildesheimensium, (f) *TANGMARVS PRESBYTER* in Vita S. Bernwardi, diplomata ipsa Imperatorum Saxoniorum, (g) ad vnum fatentur, vt omittam auctores alios, Ludolfum fuisse ducem Saxoniae, et quidem Orientalis, eumque primum, qui multa obtinuit,

coniuge dimittitur ex aula, simulque excidit nuptiis cum Leuckfeldio. Hic autem ne ministra, fastidita a se, in posterum noceat, valebat enim haec gratia Serenissimae Principis, conciliat sibi filiam Consularii aulici *CHRISTIANI WILHELMI PROBSTII*, qui erat Senior Capituli, eamque in uxorem ducit. Ministra igitur ex eo temporis articulo beneuolentiam praestantissimae Principis a Leuckfeldio auertit, eique minus fauoris praesidium haec ipsa Dux impertitur, donec eius memoria sensim extingueretur. Callida haec consilia a piis et inter piros, tales enim tum omnes aulici haec ad reformationem vsque ecclesiasticam a Principe oppositam videri volebant, agitabantur.

(e) In Antiqq. Halberstad. P. I. sub Haimone Episcopo Halberstadeni III, p. 62.

(f) *ANNALS* Episcoporum Hildesheimensis Ecclesiae cathedralis: Anno deinde 847. *ALFRIDVS* quartus Episcopus ordinatur, qui ecclesiam regulariter regendo, quidquid antecessor (Ebo) de sacris ordinibus temere rursus, decreto Canonum rationabiliter annullauit. Idem praesul Monasterium nostrum in timore Domini inchoauit et sub inchoationis exordio cryptam orientalem in honorem S. Mariae virginis consecrauit, qui et duas curtes suae proprietatis Sablegenstad et Auede nostrae Ecclesiae condonauit, in quibus Abbatis Sabligenstad Monachorum et Auede virginum coadunauit. Ipse Episcopus * 852. praedictae Incarnationis Domini anno cum *LVDOOLPHO* Gandersheimensi coenobium primum in Brunestebusen et quarto posthaec anno in Gandersheim, vt praenotatum est, inchoauit, qui et Ecclesiam ibidem aedificare coepit et Hathumodam eiusdem Ducis filiam primam Abbatissam ibidem ordinauit, decimas etiam ex proprietate suae Ecclesiae ibidem exhibendo sibi seruituram et censum in beneficium praestitit et cetera decem famulantibus profutura ex suo, paterna pietate prouidit, qui XVIII. post anno, Hathumoda defuncta, Gerbergam, sororem eius, in Abbatissam ordinauit - - *MARQVARDVS* episcopus quintus successit, qui in Gandersheim trabes ecclesiae posuit et quarto suae ordinationis anno occisus est a Sclauis. - - *WICBERTVS* anno 880 - Episcopus electus est - hic etiam anno 883. ordinationis suae quarto consummatam Ecclesiam in Gandersheim dedicauit, et Gerberga Abbatissa defuncta, sororem eius Christianam instituit ibidem. Sepultus - a. 884. *WALBERTVS* septimus Episcopus successit - Ipse etiam, Christiana defuncta, Roswidam Abbatissam ordinauit. *SEHARDVS* octauus - a. 926. turrim occidentalem dedicauit in Gandersheim, et, Roswida defuncta, *Wendelgardam* Abbatissam ordinauit. - *TIETHARDVS* nonus - qui et in Gandersheim nouam Ecclesiam ad Monachos anno domini 939. in honorem S. Mariae consecrauit. *OTTVINVS* - obiit a. 986. Ipse etiam, *Wendelgarda* defuncta, Gerbergam Abbatissam in Gandersheim consecrauit. Consentium *TANGMARVS PRESBYTER* a Leibnitio editus, R. P. *IOANNES HEISEDE* Prior olim monasterii S. Michaelis in Chronico Abbatum Monasterii S. Michaelis in Hildesheim, *CHRONICA* des Strites Hildesheim auctore D. A. B. a. 1662. accurate ex antiquis monumentis composita aliique bene multi.

* *SIGEBERTVS GEMBLACENSIS* ad a. 860. p. 795. fallitur in Chronologia: Hoc tempore *Leutulfus*, (*Leutulfus*) dux Saxonum pater *Otonis* ducis, auius autem *Henrici* regis, corpus S. *Innocentis* P. a Roma in Saxoniam transtulit.

(g) Dabimus *Otonis* primi diploma ad a. 946. Vitiose id suppeditatum est a *Bodone* apud *MEIBOMIVM* T. I. p. 743. et *Leuckfeldio* c. IV. §. 6. p. 98. sq. Ad primum igitur exemplar recurrimus, quod sic habet: In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis, Amen. Otto diuina fauente clementia Rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos remunerationis aeternae causa monasterium Gandesheim nuncupatum in honore S. Mariae et omnium sanctorum a nostris constructum progenitoribus nostri immunitate patrocinii donamus, sanctimonialibus eiusdem coenobii electionis arbitrium concedentes omniaque a praedecessoribus nostris Regibus illuc collocata, Ludonico scilicet praedia in villis *Tennstedi* et *Heriki* et *Bliherstedi* cum familiis ceterisque omnibus suis appenditiis in pago *Suthuringa* in comitatu, cui tunc *Otto* praefuit, et ab *Arnulfo* proprietates in villis *Cruht* et *Caleheim*, nominatis, illo traditas, et a proauo nostro *Luitulfo*, qui praedictum construxerat monasterium, quicquid in consensu infra nominatarum, id est, *Gandesheim*, *Rindum*, *Aluungun*, *Denckth* et *Lahnathorpe*, proprietatis habuit datum, et ab eius coniuge *Oda* villam *Wantzlouo* cum omnibus iure illuc pertinentibus. Et ab auo nostro *Ottone* villam *Hullanstedi* cum omnibus appenditiis suis tradita hoc regalitatis nostrae curtes etiam *Herrihusun* et *Feldbiki* ** cum omnibus eo pertinentibus, quas dominus ac genitor noster *Henricus* Rex praefato dedit monasterio cum praedictis illuc a domina ac matre nostra *Mabthilda* regina in *Fresta* collato, praeepto firmamus. Tradimus insuper earundem vicini sanctimonialium, quicquid proprietatis hactenus habuimus in villa *Mundulinghen* in pago *Hattersi*, in comitatu *Ehrenfridi*. Iubemus quoque, vt nullus Comes et alius quislibet exactor

** Est indubie *Schachtenbrék* prope *Harrihufam*,

REGE.

memorant, scilicet, nominatim, videri
alioquin scrupulum
cum nemine fu-
erit ex prolapia
it, quibus diploma
significauerat. Ad
SATER, WITE,
piscoporum Hildes-
ardi, diplomata ipsi
tores alios, Ludol-
qui multa obtinuerit,

autem ne monstra, fa-
cipis, concilia ubi filiam
proui, etiamque in vobis
mae Principis a Leucob-
secus memoria feruio-
nes aucti heic ad reu-
antur,

ALTRIDVS quartus
Ebo) de sacro oratione
Monasterium nostrum
honorem S. Mariae re-
nostrae Ecclesiae con-
tinuauit. Iste Episcopus
mensi cecidit primus
st, inchoant, qui et E-
u abbatissam videm
rimine et censu in fe-
ate prouidit, qui XVIII.
mauit - MARQV
quarto suae ordinatio-
est - hic etiam anno W
2, et Gerberga abbatiss
ALBERTVS septimus Ep
manuit. SEHARDVS
a defuncta, Wendelgand
nonam Ecclesiam ad Mo-
obit a. 986. Iste etiam
Consensum TANGMA
u monasterii S. Michaelis
es Strites Hildesheim as
bene multi.

Hoc tempore Leucob-
corpus S. Innocentii
donec apud METROM-
ar recurritur, quod
ente clementia Rex. I-
a, qualiter nos reman-
Mariae et omnium so-
lanamus, sanctimoniam
ibus nostris Regibus de-
edi cum familiaribus
praesuit, et ab aucto-
nostra Luitulfo, qui pro-
id est, Ganderhem, in
eius coniuge Oda uxor
lam Hullauffici cum con-
et Felabity * * cum con-
delet manasteria cum pro-
cepto firmantur. Tral-
abus in villa Mon-
es Comes et alii quatuor
erant

rit heredia iure hereditatis auitae pro more Adelingorum et procerum Saxoniae. (h) Comites Northemenfes eadem ratione heredia sua in vicinia obtinuerunt, ac de eis libere in medium consuluerunt, antequam Carolingici Imperatores et Reges Germaniam borealem adtingerent. (i) Saxones certe retinuerunt hereditates suas, licet victori Carolo se et sua submitterent. Ludolfo in herediis et dignitate successit, mortuo primo genito Brunone, filius Otto, qui a. 912. defunctus est. (k) Henricus, Germaniae rex, citra collationem feudi imperialis libere suis hereditatibus imperauit. (l) Hinc, me non monente, elucet praerogatiua Ducum Brunuicensium, quorum praedia et principatus antiquissimi maximam partem sunt iuris proprii et feuda imperiali nexui tantum oblata et illata. Scrupulus secundus, qui Leuckfeldium male habet, scrupulus est maioris difficultatis et prima specie indissolubilis. Iter enim Ludolfi cum Oda coniuge Romam susceptum in Diplomate altero Ludolfino collocatur in annum 853. et indictionem primam, quo tempore, nullo non consentiente, Sergius Pontifex Romanus non amplius erat in viuis. At vero iam supra respondi. Respondebo heic iterum idque copiosius, vt eo magis sufficiat solutio. Constat ex edicto Innocentii tertii (m)

exactor iudiciariam potestatem vel fredu exigenda, seu mansiones vel paratas faciendas in eiusdem monasterii locis, nisi ex consensu eiusdem monasterii Abbatissae habere praesumat. Et homines illius Abbatissae siue liberi seu serui, nulla iudiciaria coerceantur potestate, sed in praesentia Abbatissae aduocati eorum rectitudinem adquirant et ceterorum perficiant. Et vt haec auctoritas nostra firma permaneat, et per futura tempora a fidelibus nostris melius obseruetur, manu propria subtus eam firmamus et annli nostri impressione sigillari iussimus. Data III. Nonas Maj. anno Dominicae incarnationis DCCCXLVI. Indict. II. anno vero Domini Ottonis piissimi regis XI. Actum vuerlabun in Dei nomine feliciter Amen.

Signum Domini Serenissimi Regis

Locus Sigilli.

Brun Cancellarius ad vicem Fridarici Archicapellani recognoni.

- (h) Annales incerti auctoris a Pithoco editi ad a. 777. p. 9 Saxones post multas caedes et varia bella afflicti, tandem Christiani effecti, Francorum ditioni subduntur et conuentus in Saxonia habitus, in loco, qui vocatur Padrabrunno - Ibi Saxones baptizati ingenuitatem et omnem proprietatem suam secundum morem gentis abdicantes (sic wolten alle das ihrige dabey setzen) retraxerunt, si a die illa et deinceps christianitatem et regi ac filiis eius fidelitatem abnegassent. HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 777. p. 219. in Chronico. SIGEBERTVS GEMSLACENSIS ad a. 777. p. 781. editionis Pistorii Strumianae. Eadem fere habet auctor incertus de Vita Karoli Magni p. 242. qui proprietatem vocat alodem.
- (i) LIVTPRANDVS rerum gestarum per Europam ipsius praefertim temporibus L. I. c. 7. fol. 5. a. edit. 1514. Ibi de Arnulfi in Italiam ingressu, inuitante Berengario, ita: Mediolanenses atque Ticinenses hac fama perterriti, non ausi sunt eius praestolari aduentum: verum praemissa legatione iussioni suae se obtemperaturos esse promittunt. OTTONEM itaque Saxonum potentissimum Ducem huius gloriosissimi atque inuictissimi regis Orthonis, qui nunc vsque superest et feliciter regnat, auxilium Mediolanum dirigit gratia defensionis: recta ipse Ticinum petiit.
- (k) Variantes sententias recenset IOANNES GEORGIVS LEVCKFELDIVS in Antiquitatibus Walhufanis p. 325. 326. Verum annum supra dedimus. Iniuste ei itidem pro vxore tribuitur Ludgarda apud CHRONOGRAPHVM SAXONEM a. 919. p. 151. AVENTINVM in Annalibus Boiorum L. IV. c. 22. p. 455. n. 12. CRANTZIUM L. II. Saxoniae c. 33. p. 53. L. III. c. I. p. 54. CONRADVM BOTHONEM in Chronico apud Leibnium T. III. Script. Brunuic. p. 302. NAVCLERVM Vol. II. Chronogr. gener. 31. p. 724. BELLARMINVM L. II. de translatione imperii c. I. Tom. I. Opp. p. 985. Erat enim Harburg, secundum AVCTOREM VITAE MATHILDIS T. I. Leibnit. p. 193. et DITMARVM p. 324. Habet eam pro filia regis Germaniae Ludeuici GFNDLINGIUS in libro de Henrico Aucupe p. 19. 20. At hoc quoque falsum esse, supra ostensum fuisse existimo.
- (l) LIVTPRANDO audit L. II. c. 7. Saxonum et Thuringorum dux praepotens, sub Conrado clarent. Libere ipsum suis imperasse, sub Courado primo, Witechindus auctor est. Adparet id ipsum ex bello in Conradum suscepto, propter quod nequaquam proscriptus et a coetu ordinum imperii eiectus est. WITIKINDVS L. I. Annal. p. 633. Patre patriae et magno Duce Ottone defuncto, illustri et magnifico filio Henrico totius Saxoniae ipse reliquit Ducatum Rex autem Conradus, quem saepe expertus esset virtutem noui Ducis, veritus est, ei tradere omnem potestatem patrii. Quo factum est, vt incurreret indignationem totius exercitus Saxonici. DITMARVS Annal. I. p. 325. Ottone carnis vniuersae viam intrante - Henricus in vacuum succedens, hereditatem iure et maximam beneficii partem gratuito Regis suscepit ex munere, et, quod ei defuit, cum suis omnibus aegre tulit. AVCTOR VITAE MATHILDIS c. I. p. 195. Otto mortem subit temporalem et Dei ordinatione Henricus Ducatus percepit honorem. Distinguendum igitur inter possessiones, quas Henricus iure hereditatis adiit, et eas, quas plane ex beneficio et indulgentia Conradi tenuit, atque inter honorem Ducatus, qui vtrique a Rege erat conferendus.

(m) priuilegia Pontificum Agapeti secundi et Ioannis, immo generatim, ea, quae a Papis concessa erant Ecclesiae Gandersheimensi, vetustate fuisse consumpta, et illa, quae a Pontificibus illis duobus erant data, non in pergamento, sed papiro, fuisse conscripta. Ita res sese habuit ineunte saeculo decimo tertio. Vtriusque igitur Pontificis tam Agapeti illius quam Iohannis priuilegia per quatuor episcopos et quatuor Abbates delegatos, quantum ad verba singula et summam adinet, fuerunt descripta et ab Innocentio tertio innouata, immo peculiari Diplomate repetita. Vnde patet, priuilegium Agapeti II, quod membranae est inscriptum et supra communicatum, iussu Pontificis ex charta in membranam fuisse translatum, ac, ne quis de eius auctoritate vnquam dubitationes foueret, ab integro roboratum. Id enim patet ex Innocentii III. Bulla heic inferenda et ex animaduersionibus meis. Eadem ratio valet de Diplomate Ludolfinis. Prius enim ex pergamento in chartam fuit transcriptum, * et, quo-

(m) Innocentius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, Venerabili fratri - Magdaburgensi Archiepiscopo et dilectis filiis - Abbati Pigauien. et - Praeposito Sancti Petri in Monte sereno Meriburgen. et Magdaburgen. Dioecesium. Salutem et apostolicam benedictionem. Cupientes olim, dilectae in Christo filiae - Abbatis et Sorores Ecclesiae Gandersheim. sua priuilegia renouari, nobis humiliter supplicauerunt, ut personis aliquibus scribere dignaremur, quae priuilegia ipsius ecclesiae, quae propter vicariam discrimina tunc non poterant ad nostram destinari praesentiam, inspicerent diligenter, et conscriberent fideliter tenorem ipsorum sub sigillis propriis consignatum, nostro conspectui praesentandum. Vnde nos, earum supplicationibus inclinatus, quatuor Episcopis et totidem Abbatibus hoc iniunximus exequendum, qui mandato nostro parentes, felices memoriae Agapiti et Iohannis praedecessorum nostrorum priuilegiis praesentatis sibi diligenter inspectis, eorundem tenorem ad nos sub sigillis suis fideliter transmitterunt. Praeterea bonae recordationis G. - Remen. Archiep. tunc Episcopus Prenestrinus, apostolicae sedis legatus, tenorem priuilegiorum ipsorum sub sigillo suo ad nostram praesentiam destinauit. Et siquidem licet tam legato quam inquisitoribus supradictis in hac parte fides debuerit non immerito adhiberi, nec tunc aliquid adpareret, propter quod eadem non deberent priuilegia renouari. Quia tamen G. maioris ecclesiae ac I. sanctae crucis Hildesemen. Canonici, in nostra constituta praesentia, proponebant, Hildesemen. Ecclesiam in quasi possessione subiectionis eiusdem monasterii per centum annos et amplius extitisse, priuilegia ipsa tunc non duximus innouanda. Sed ut tam Monasterio, quam Ecclesiae memoratae suam iustitiam seruaremus, tibi fili Pigauien. et dilectis filiis - Corbeien. et de Lapide S. Michaelis Abbatibus dedimus in mandatis, ut, ad locum idoneum pariter accedentes, partibus conuocatis inquirerent, super praemissis omnibus diligentius veritatem et usque ad diffinitiuam sententiam in eodem negotio procedentes, gesta omnia fideliter conscripta sub suarum testimonio litterarum ad sedem apostolicam destinarent, praesentes partibus terminum competentem, quo nostro se conspectui praesentarent, sententiam recepturae. Qui etsi mandatum nostrum exequi cupientes partibus in ipsorum praesentia constitutis, festinarent in causa procedere. Quia tamen cuiusdam occasione interlocutoriae, quam tulerunt, pars Hildesemen. ecclesiae vocem ad nos appellationis emisit. Praedicta causa processum habere non potuit coram eis. Partibus itaque propter hoc postea comparentibus coram nobis supra dicta petiit Abbatis, ut praefata deberemus priuilegia renouare, praesertim quum in praesentia praedictorum iudicum Hildesemen. Ecclesia nil ostenderet vel probaret, quod monasterio vel ipsius priuilegiis in aliquo derogaret. Ex aduerso vero petebatur instanter, ut eandem causam discretis viris committere dignaremur, per quos testes reciperentur, quos contra priuilegia monasterii ad probandam videlicet praescriptionem legitimam Hildesemen. Ecclesia producere intendebat. Nos autem diligentius attendentes, quod iure ciuili sit prouida deliberatione statutum, ut quando periculum relictum formidatur, ne veritas occultetur, et probandi copia fortuitis casibus subtrahatur, etiam lite non contestata testes ualitudinarius, et alii, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, ad testimonium admittuntur, eiusdem acuitatis similitudine prouocati, praedicta priuilegia iam quasi nimis vetustate consumpta, quum fuerint non in pergamento, sed papiro, conscripta, duximus innouanda, ita quod ex innouatione huiusmodi nouum ius, minime acquiratur monasterio memorato, sed antiquum ius, si quod habebat, conseruaretur tutius per priuilegium innouatum. Ceterum quia dictum monasterium ad ius et proprietatem Ecclesiae Romanae spectare, per praedecessorum nostrorum priuilegia monstrabatur, ne ius apostolicae sedis permaneret forsitan indefensum, procuratricem ipsius eandem constituimus Abbatis, ut quum aduersus Ecclesiae Romanae possessiones et iura non nisi centena sa currat praescriptio, ipsa coram - de Helmshausen, et de Herfethusen, Abbatibus et Decano Palbournens. quibus etiam ipsam tunc commisimus, procuraret, super hoc et aliis vice nostra, quae coram ipsis, essent in iudicio procuranda, ne uero contingeret de ipsius statu diutius dubitari vel remanere praedictam causam ulterius indecisam, eisdem iudicibus dedimus in praeceptis, ut locum tutum et commodum eligentes infra sex menses post litterarum nostrarum susceptionem testes reciperent, quos ad praescriptionem probandam Hildesemen. Ecclesia vel ad interruptionem etiam ostendendam, Abbatis ipsam dicta duceret producendos, et si praescriptionem legitimam Hildesemen. ecclesia comprobaret, nisi probata esset, interruptio ex aduerso subiectionem ipsius monasterii adiudicaret fidem, quum constaret, ipsum in sua dioecesi constitutum priuilegium, quod ipsi monasterio innouari fecimus corruptentes.

Alio-

* Eadem mansit membrana. Sigillum enim ouale, uti tunc consuetudo ferebat, infra fuit expressum. Foramen ouale et particularum discissarum ac reflexarum signa restant in membrana ipsa. Ceram autem consumserunt vermes, quorum circa foramen ipsum conspicuae sunt rosiones et perforationes. Oualium sigillorum figurae tum erant notissimae.

quoniam anni itineris et initiorum constructi coenobii Gandersheimensis fere erant exesi et vetustate obliterati, chronologica supputatione falsa, et ex famae rumusculis adscita, instructum. Quo minus autem quis cetera in illis Diplomatum contenta repudiare

*Alioquin eidem super hoc perpetuum imponentes, monasterium ipsum pronuntiant perpetua libertate gaudere, nostro sibi privilegio resignato. Eisdem quoque iudicibus per alias nostras litteras duximus declarandum, quod potius quam contra monasterium saepe dictum et libertatem eius assereretur praescriptio inchoata, tria scismata adversus Romanam ecclesiam intervenisse noscuntur, unde licet tam legali quam canonica sit definitio statutum, ut contra sacrosanctam Romanam Ecclesiam, quae gaudet privilegio speciali, non nisi centum annorum praescriptio locum sibi valeat vendicare. Tempora tamen intercedentium scismatum, quae secundum iuris ordinem cursum praescriptionis impediunt, nobis aliquatenus computari, sed diligenti consideratione adhibita de temporum computatione subduci, coram quibus iudicibus pari Hildesem. Ecclesiae autentica privilegia monasterii exhiberi in iudicio et eorum copiam sibi fieri postulavit, ut per inspectionem eorum arguerent, quid contra ipsa posset rationabiliter allegari, ad quod Abbatisa respondit, quod hoc supervacuo petebatur, nec super hoc pars adversa debebat audiri. Nam quum Abbatisa intentionem suam fundasset, olim per eadem privilegia coram nobis pari adversa nihil penitus obiciens contra ea ad elidendam intentionem ipsius, praescriptionem solummodo allegavit, ad eandem probandam postulatis induciis et obtentis, contra quod pari Hildesem. Ecclesiae replicavit, quod ad hoc saltim erant merito privilegia exhibenda, ut si forsitan Abbatisa contrariam sententiam reportaret, cum innovato a nobis privilegio ab Abbatisa iudicibus ipsi exhibito, quod iuxta mandatum nostrum in praenotato casu corrumpi debebat, etsi antiqua privilegia scinderentur. Quumque coram ipsis iudicibus, qui testibus utriusque partis receptis et eorum depositionibus solemniter publicatis, de causae merito certiores effecti super controversiae decisione tractabant, utraque pars super privilegiorum exhibitione non desinerent litigare, causam ipsam cum attestacionibus et allegationibus ad nos remissere sufficienter instructam. Partibus itaque propter hoc nuper in nostra praesentia constitutis, licet coram iudicibus supradictis renunciatum allegationibus fuerit, et conclusum, ex abundantiam tamen audivimus, quaecumque proponere voluerunt, et licet super privilegiorum exhibitione ac quibusdam aliis litigassent aliquandiu coram nobis, quia tamen liquido constittit, quod nos dudum eadem privilegia praesentata nobis in iudicio diligenter inspicientes et examinantes, prudenter sententialiter approbavimus, utraque parte praesente petitionem Magistri Hugonis Canonici et procuratoris eiusdem Ecclesiae decrevimus reprobendam. Inuestigantibus autem nobis sollicito, an praescriptio legitima scilicet centenaria probata esset, procurator ipse fuit de plano confessus, quod aliter probata non erat nisi per testes quosdam, qui dixerant testimonium de auditu. Adiciens nihilominus in hoc casu testimonium de auditu merito admittendum, cum vix posset aliquis inveniri, qui haberet memoriam temporis tam longae, sed et illud deprehendimus manifeste, quod non sufficeret, Hildesem. Ecclesiam praescriptionem centenariam probavisse, quia quum secundum iuris ordinem et formam mandati nostri deberet scismatum tempora de computatione subduci, et constet insuper, quod in Romana ecclesia scismata fere per sexaginta quatuor annos diversis vicibus * infra centum annorum limitem duraverunt, non solummodo de praescriptione centum annorum, sed etiam centum sexaginta quatuor constare debuit, ut intelligeretur praescriptio centenaria consummata. Nos igitur allegationem praedictam, ut scilicet testimonium de auditu in hoc casu admitti deberet, friuolam reputantes, quum in huiusmodi casu hoc minime permittatur a iure, maxime quum illud inconueniens sequeretur, ut duo posset contradictione opposita comprobari. Quia nobis constittit, evidenter monasterium saepe dictum, sicut praemissum est, ad Romanam Ecclesiam pertinere ac Hildesem. Ecclesiam centum annorum praescriptionem, quam obsecerat, non probasse, de consilio fratrum nostrorum Abbatisam praesentam nomine Romanae Ecclesiae, cuius fuerat procuratrix, ab impetitione Ecclesiae Hildesem. absolvimus, statuentes, ut monasterium illud ea de cetero gaudeat libertate, quae innovato a nobis privilegio inveniatur expressa. Quocirca discretionem vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus quod a nobis est sententialiter diffinitum, factatis, sublato appellationis obstaculo inviolabiliter observari. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, conpescentes. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani V. Idus Maii, Pontificatus nostri anno undecimo. Constare hinc ** et innotescere possunt varia. Romanam Ecclesiam aliquando fuisse Schismaticam, Papa ipse fatetur. Monasterium Gandersheimense non nisi Papae subfuisse ratione spiritualis ordinis, uti vocant, nemo non ex Bulla hac intelligit. Ea de causa Ecclesia Gandersheimensis dicitur ab ipsis Pontificibus EXEMTA. Praecipue heic animadvertimus, litem tunc fuisse de privilegio illius exemptionis, quod non Regum et Imperatorum nitebatur diplomatum, sed chartis Pontificum. Quare nequaquam ex eo, quod privilegia illa exemptionis spiritualis non in pergamento, sed papito, conscripta erant, colligendum est, Diplomata Ludolfi, Ludouici, Otronum, et Henricorum fuisse chartis inscripta. De hisce enim minima quidem fuit controversia. Miror interim, Hildesheimenses in curia Romana nihil protulisse de*

* BARONIVS in Annal. ad A. C. 912. §. 8. Quae tum facies sanctae Ecclesiae Romanae? Quam foedissimae meretrices, (Theodora et Marozzi) quarum arbitrio mutarentur sedes, darentur Episcopi, et, quod horrendum auditu et infandum est, intrudarentur in sedem Petri earum amasii Pseudo-Pontifices - sic vincisuerat sibi omnia libido, seculari potentia freta, insaniens, oestra percita dominandi. Dormiebat tunc plane alto sopore Christus in navi, quum hisce flantibus validis venis manus ipsa fluctibus operiretur - stertentibus comibus.

** Bullam eandem exhibet LVNIG in Spicilegio Ecclesiastico des Teutschen Reichs-Archiv von Aeb-tissinen p. 41. sqq. ex Leuckfeldio, uti ex nactus reculis patet.

pudiare possit, impediunt diplomata imperatorum ex Ludolfo genitorum, quae primum conditorem et eius donationem repetunt et ab integro roborant. Diploma Ottonis primi

praediis, quae Alfridus Episcopus Hildesheimensis Abbatissae Gandersheimensis vtenda dederit, siquidem ex donationibus iura nonnulla emanant. Arbitror itaque, vti iam supra in *Vita Ludolfi* demonstratum iui, concessa illa praedia esse ad fabulas et aegri somnia referenda. Olim scripserunt etiam Hildesheimenses de quodam annuo censu, quem Ecclesia Gandersheimensis dederit Episcopo Hildesheimensi. Quibus, me tacente, perspicit, intelligendum esse donum quoddam annuum pro cura animarum, quam administabat per suos Episcopus Hildesheimensis in monasterio Gandersheimensi. Si centus ille fuisset argumentum subiectionis dioeceseanae, ex parte Gandersheimensium; cur de eo tacent procuratores Episcopi Hildesheimenses in curia Innocentii tertii? Si autem de eo fuissent gloriati, Pontifex omnino respondisset, censum annuum in insigne subiectionis immediatae sibi quotannis solui a monasterio Gandersheimensi. Id enim constat ex Bulla eiusdem Innocentii tertii, quam statim subiiciemus. Silent Hildesheimenses etiam in curia Innocentii tertii de eo, quod Abbatissa confueverit Episcopo Hildesheimensi obedientiam promittere. Hoc enim Annalium Hildesheimensium conditores, Decani scilicet Ecclesiae cathedralis, sibi suisque non parum fauentes, data occasione praedicant et memoriae produnt. At vero ex eisdem Annalibus perspicitur, nomine regis et imperatoris ius iurandum clientelae ab Episcopo Hildesheimensi aliquando fuisse exactum, et a consecranda Abbatissa praestitum. Id inde sua sponte sequitur, Abbatiam et monasterium Gandersheimense semper immediate subiectam fuisse Imperatori et Imperio Germaniae. Eidem Annales id dilucide definiunt, tum planis verbis ipsam illud significando, tum, promissionem obedientiae in curia Imperatoris Goslariensi esse factam, contestando. Ita enim de Thiemaro, Episcopo decimo quinto, in Annalibus istis scriptum reperio: *Thiemarus, Cunradi Imperatoris regis Capellanus - primo ordinationis suae anno Sophia Gandersheimensi Abbatissa defuncta et Adelheide, sorore sua, surrogata ei, eandem IVSSV REGIS in eandem Ecclesiam introduxit, ante altare et obedientiam et subiectionem sibi iuranti in aeternam curam commendauit, et decimas, quas Antecessores sui ibidem beneficii gratia praestiterant, Banni sub auctoritate repetiuit ac communiuit, adstante Hermanno Coloniensi Archiepiscopo cum innumera multitudine Cleri et populi; eisdem tamen decimas ibidem ad preces Archiepiscopi cum consilio sui Cleri et populi eidem Altari et Abbatissae repraesentit pro eodem scilicet seruamine et censu, sicut Berwardus Episcopus antecessor suus ibidem instituit. - obiit a. 1048.* Eidem Annales in Vita Bernhadi Episcopi vigesimi, Comititis Rotenburgenfis, qui dicitur defunctus esse a. 1153, ita referunt: *Praerogatiuam denique Episcopalis officii, quam in Gandersheimensi Ecclesia Antecessores, Episcopi Hildesheimenses, habuerant, toto vitae suae tempore quiete possedit. Nam Dominam Luidgardam, Berthae Abbatissae surrogatam, Goslariae in curia Imperatoris Lotharii in Ecclesia S. Apostolorum Samonis et Iudae promissa sibi obedientia manu propria consecrauit. Cur Goslariae in curia Imperatoris? Caesaris nomine Episcopus excepit ab Abbatissa iusiurandum feudale seu fiduciarium. Non erat egregia sibi comparatur praedia caussa conquirendi de villis suis, quas teneret Abbatissa. Ipsi enim egregia sibi comparatur praedia et loca satis opima in vsum ecclesiae suae ab Abbatissa Gandersheimensi. ODO enim, episcopus duodevigesimus, Comes Alvenslebenfis, ab Henrico IV. designatus, vt filiae fratris sui Elisae et Adelheidis Venerabilis Abbatissae praedium suum in Heuenhusen * cum omnibus suis attinentis Ecclesiae Hildesheimensi largirentur, effecit, testibus eisdem Annalibus. Contigerint haec oportet, faculo exeunte duodecimo. SIGFRIDVS Episcopus trigessimus secundus adquisiuit sibi, nescio qua iuris formula, iudicium ad Bockla, HENRICVS Episcopus vigesimus tertius, qui antea fuerat ibidem Decanus, ortus ex Comitibus de Woldenberg suum fecit oppidum Bokenem, interpositis penes Abbatissam praesentationibus. Omitto plura. Ne quid autem suspicionis de vlla iurisdictione ecclesiastica Episcoporum Hildesheimensium in Monasterium Gandersheimense superstit, suffigere volupe est Bullam Innocentii illius, cuius litteras deciforias paullo ante exhibuimus. Ille enim Ioannis et Agapeti, Pontificum ante ipsum Romanorum, litteras in charta datas renouat. Accipe scriptum Papae ipsum: *Innocentius Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis in Christo filiabus Machthildi Abbatissae et Sororibus de Gandershem salutem et Apostolicam benedictionem. Quum Christus sit veritas, nos qui licet indigni locum eius tenemus in terris, veritati debemus testimonium perhibere, quum et ipse de se dixisse legatur: Ego ad hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Ex parte siquidem vestra fuit olim a nobis humiliter postulatum, vt personis aliquibus scriberemus, quae privilegia Ecclesiae vestrae concessa inspicerent diligenter, quae, tum quia sunt vetustate consumpta, tum quia monasterii vestri continent libertatem, propter vtarum discrimina timebatur ad nostram praesentiam destinare. Nos autem postulationi vestrae benignum impertientes assensum, quatuor Episcopis totidemque Abbatibus duximus iniungendum, vt ad vestram Ecclesiam accedentes studiose inspicerent vestrae privilegia libertatis, et eorum rescripta fideliter ad nostram praesentiam destinarent, sigillorum suorum munimine roborata, qui nostro sicut ex litteris ipsorum accepimus mandato parentes, privilegia bonae memoriae Agapeti et Iohannis praedecessorum nostrorum sibi praesentata subtiliter inspexerunt, et tenorem eorum fideliter conscribentes suis consignauerunt sigillis, nostro conspectu praesentandum, venerabilis etiam frater noster G. tunc Remen. Archiepiscopus, tunc vero Episcopus Praenestinus in partibus illis officium legationis exercens, tibi filia Abbatissa, quum tunc temporis esses electa, munere benedictionis impenso tenorem privilegiorum ipsorum in scripto rededit ipsumque proprio sigillo munitum, nostro deinceps conspectu praesentari. Nos igitur tam eidem legato quam inquisitoribus ipsis, quum rescripta illorum in omnibus concordarent, fidem debitam adhibentes, et attendentes nihilominus, quod monasterium ipsum in libro censuali camerae nostrae**

* Est locus in Rudieramarcu, nunc desolatus, retinens nomen antiquum, haud procul a pagis Mechtshausen et Rieden in angulo, per quem itur ad coenobium Lampringae.

um, quae primum
Diploma Ottonis
primi

enda dederit, quidem
Ludolfi demonstratum
serum etiam Hildeshi-
scopo Hildeshiensi. Qui-
cura animarum, quan-
tenti. Si certus ille fuit
de eo tacet procurator-
gloriam, Pontifex omni-
annis solum a monasterio
anim subuenimus. Sicut
reuerit Episcopo Hildes-
conditores, Decani scilicet
ebant et memoriae pro-
ius irarum cuncta
Abbatissa praefatum. Il-
immediate subiectam fuit
tam planis verbis ipsa
trienti esse factam, con-
scriptum reperio: Tho-
Sophia Ganderseheim-
REGIS in eandem Epi-
scopum curam commo-
t, Banni sub auctoritate
numera multitudine Cleri
sui Cleri et populi eiden
wardus Episcopus ante-
li Episcopi viginti, Co-
rogationem denique Epi-
scopum, habuerunt, rite
Abbatissae surreptam,
Ludae promissa sibi obe-
claris nomine Episcopus
copis Hildeshiensi in
sibi compararunt praed-
ODO enim, episcopi
lae fratris sui Elstae
monibus suis attentum
contigerit haec oportet
equant sibi, nescio quom-
ni ante fuerat ibidem D-
interpositis penes Abbatissam
indictione ecclesiastica Epi-
figere volupe est Bullam
Ioannis et Agapeti, Pon-
ticipiam Papae ipsam: In
Hildsi Abbatissae et Ser-
veritas, nos qui licet
quom et ipse de se dicit
perhibeam veritati.
sequitur scriberemus, qu-
sunt vetustate confusa
temeritate ad nostram po-
assensum, quatuor Epi-
accidentis studiose in-
raefentiam destruant.
cepimus mandato porro
i praesentata solentem
nostro conspectu prae-
pus, tunc vero Episcopi
Abbatissa, quam in
orum ipsorum in sep-
tari. Nisi istum tam o-
mencordiam, fidem debita
censuali cameris ubi

primi seu magni eo fine supra adlatum est. Adde heic nonnulla alia.
(n) Hi-

inter caetera monasteria libera et exempta dinoscitur annotatum, et, quod etiam nobis et successoribus nostris in duabus foliis albis, quae auro sint ad pondus Byzantium triginta contextae, annis singulis teneatur, privilegium praedicti Iohannis, ne possit super hoc veritas deperire, praesenti pagina duximus inferendum.

IOHANNES * Episcopus servus servorum Dei. Meritis et sanguinis claritate rutilanti dilectissimae nobis in Christo filiae Gerbergae venerabili Abbatissae Monasterii sanctorum Confessorum Innocentii et Anastasii, quod Ganderseheim nuncupatur, atque posteris suis in ** perpetuam salutem, benedictionemque Apostolicam. Si piis votis ac petitioni assensum praebemus, omnipotenti Deo nos placere credimus. Quapropter vniuersis sanctae Catholicae Ecclesiae filiis praesentibus et futuris notum esse volumus, quod in synodo, quae apud corpus beatissimi Petri Apostolorum principis acta est in mense Decembris, et indictione vndecima amabiles Deo ac spirituales filii nostri Otto maior et minor Serenissimi Imperatores Augusti Apostolicam paternitatem nostram humiliter obsecrare dignati sunt coram Archiepiscopis et Episcopis videlicet Italicis et ultra montanis numero triginta sex, quatenus praefatum monasterium Ganderseim, quod constat esse sub tuae filiationis regimine suum in regno citerioris Saxoniae ad honorem praedictorum Confessorum Christi Innocentii et Anastasii auctoritatis nostrae praesidio muniremus et sub tuitione iureque sanctae sedis apostolicae perpetuum susciperemus. Quorum piis congaudentes petitionibus alacri mente id fieri decreuimus, praecipientes ex ea, qua vice clarissimi coelestis regni fulcimus auctoritate, vt praenominatum venerabile coenobium nemo vnquam saecularium possideat, neque ex decimis et possessionibus eiusdem quiddam sibi aliquis vsurpet. Non Rex, non Marchio, non Comes, non Episcopus, nec quilibet Princeps quacunq; potestate praeditus, nisi forte tuendi ac defendendi causa, et hoc non nisi tua, et eius, quae pro tempore regularis fuerit Abbatissa, sobria fiat permissione. Esto igitur ad laudem omnipotentis Regis Abbatissa eiusdem Monasterii et subditas tibi sorores ad coelestis patriae gaudia expectanda instigare prudenti magisterio non cesses. Sit semper eisdem sororibus facultas siue licentia ex ipsa sua congregatione post obitum Abbatissae aliam sibi matrem secundum regulam suam substituere, et quam digniorem viderint, pari animo et consensu habeant potestatem eligere. Confirmamus vero et corroboramus ipsi sancto monasterio res omnes et possessiones, mobiles et immobiles, quas nunc habet, et in antea, Deo opitulante, habere debet quolibet iure acquisitionis, ita vt a modo et vsque in finem seculi licenter eas teneat et possideat, omnium hominum contradictione remota. Si quis autem contra huius nostri Apostolici privilegii tutelam agere temptauerit, et ex his, quae a nobis decreta sunt, aliqua pervertere molitus fuerit, hunc cum auxilio sanctae et indiuiduae Trinitatis et interuentu beatae Mariae semper virginis omniumque Sanctorum, ex auctoritate beatissimi Petri Apostolorum principis cum assensu comprouincialium Pontificum, et omnium huius nostrae sanctae sedis suffraganeorum Episcoporum excommunicamus et a liminibus sanctae Dei Ecclesiae omniumque Christianorum societate separantes, perpetualiter anathematizamus. Scriptum per manus Stephani Scriuarii *** sanctae Romanae Ecclesiae, in mense et indictione supra dicta vndecima. Bene valete. Dat. Kal. Ianuarii, per manus Widonis Episcopi sanctae siluae candidae Ecclesiae et Bibliothecarii sanctae sedis Apostolicae. Anno, Deo propitio, Pontificatus Domini Iohannis, summi Pontificis et vniuersalis, tertii decimi, Papae in sacratissima sede beati Petri Apostoli tertio, Imperatoribus Serenissimis dominis, Ottone maiore et minore. Anno Imperii maioris sexto, minoris vero primo. **** In mense et Indictione supra dicta vndecima.

Quia vero privilegium memorati praedecessoris nostri Agapeti Papae plenius videtur exprimere ipsius monasterii libertatem, nos ad veritatis notitiam plenioris capitulum illud, quod ad libertatem pertinere dinoscitur, de verbo ad verbum huic paginae duximus subscribendum. Quia, inquit, postulauit a nobis Ademarum venerabilis Abbas, vt per eius interuentum atque deprecationem nostrum Monasterium Ganderseim situm iuxta fluuium Ethernan apostolica auctoritate vobis confirmaremus, vt sub iurisdictione sanctae nostrae, cui Domino auctore deseruimus, Ecclesiae constitutum, nullius alterius Ecclesiae iurisdictionibus submittatur. Pro qua re piis desideriis fauentes hac nostra auctoritate id, quod exposuitur, effectui mancipamus, et ideo omnem cuiuslibet Ecclesiae sacerdotem in praefato monasterio ditionem quamlibet habere, auctoritate namque beatorum Apostolorum

- * Fuit XIII, vti in fine appellatur, et ex Annalibus eius temporis constat. Iohannis huius Bulla separatim apud nos habetur, munita Abbatis cuiusdam sigillo, Eadem scribendi rationem inuenio in Diplomate Ludolfino primo, quod Sergii litteras continet.
- ** In separata bulla: in perpetuum, et verbis POSTERIS SVIS additur Abbatissis. In fine pro dicta habet scripta.
- *** Scriuarius est, qui scribiis Archiui praest et simul scribit nomine superioris Diplomata et litteras publicae auctoritatis. Arcarius dicitur itidem. Primiscriuarius Ottonis III. et Henrici II. memoratur in annalibus. BERWARDVS in diplomate apud TANGMARVM in Vita Berwardi c. 45. p. 461. Ego Berwardus - quam essem - beatae memoriae tertii Imperatoris Ottonis didascalus simul primiscriuius. C. ANNALES HILDESH. ad a. 1008, p. 722.
- **** Hoc est, anno Christi 968. Nam anno 962, in festo purificationis S. Mariae Otto Magnus Romae a Ioanne XII. qui etiam Octavianus dicitur Imperator renuntiatus est. LAMBERTVS SCHAFNABURGENSIS ad a. 962, p. 156. HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 962, p. 381. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 962, p. 170. Otto autem secundus patri in Imperio focus declarabatur Romae a. 967, in die natali Iesu, DITMARVS L. II. Annal. p. 333. 338. 339. Otto M. apud WITIKINDVM L. III. Annal. p. 661.

(n) Historia Ludolfi et itineris eius Romam instituti, fundatio Brunshufae et coenobii Gandersheimensis a Ludolfo suscepta, corpora sanctorum et reliquiae Roma deportata, et alia, quorum fit mentio in Diplomatis Ludolfinis, accurate recensentur ab Agio, Roswitha, scriptoribus Hildesheimensibus aliisque, adeo ut dubitatio nulla de Ludolfo et eis, quae enumerantur in eiusdem Diplomatis, superesse penes aequos rerum arbitros possit. Quantum autem ad Diploma Ludouici iunioris, qui regnavit in Francia Orientali et Saxonia, adinet, id sese ipsum defendit, dummodo adtente inspiciatur. Ut enim de imagine capitis Ludouici subiecta tantum iniiciamus mentionem, quis est, qui ad eam mentis impotentiam prolapsurus sit, ut sustineat adfirmare, Fuldenfes, Lamspringenfes, Gandersheimenfes aliosque eodem tempore coniurare potuisse in fabricandam eandem scripturam, eandem turris et simulacri cubitalis cerei imaginem? Hoc ipso Diplomate vindicatur veritas, quae demonstrat, Luitolfum genitorem Brunonis et Ottonis Comitum aedificare coepisse monasterium quoddam in Gandersheim, cui dederit arcessitas ex Italia reliquias Innocentii atque Anastasii et praedia, quae eo iure et legitime pertineant. Non est, quod dicas, Ludouici et Ottonum diplomata ipsa olim fuisse vetustate consumpta. De immunitate enim imperiali non erat negotium Innocentio tertio in dirimenda controuersia Abbatissam inter et Episcopum Hildesensem de iure ecclesiastico enata. Inquirebatur in id, an monasterium Gandersheimense sit *immediate* Pontifici subiectum nec ne. Hoc autem innotescere et patere poterat ex Ludolfi institutione eiusque membranarum, ex bulla Sergii, Agapeti et Ioannis. Quare haec scripta tantum fuerunt descripta vel rescripta, certe innouata et a Pontifice per repetitas Agapeti et Ioannis bullas roborata. Succedat tandem scrupulus Leuckfeldii tertius. Hic incidit ipsi, eo quod inserta Sergii epistola in altero Ludolfino Diplomate significet, regem Ludouicum Germaniae Ludolfo dedisse epistolam ad Sergium, ut pro monasterio, quod Ludouici, quem Christianissimum Imperatorem vocet, pater et auus condiderit, reliquias nonnullas nancisci possit. In confesso autem apud omnes esse putat, regem hunc Germaniae nunquam fuisse Imperatorem, eiusque patrem non fuisse

„lorum Petri et Pauli iubemus, ut nullus Rex habeat licentiam, nostrum Monasterium aliquibus hominibus in beneficium dare, ut praefecto iuxta id, quod subiectum apostolicae sedi firmitate priuilegii consistit, inconcussa dicatur permaneat, locis ac rebus tam his, quas moderno tempore habet vel possidet, quamque futuris temporibus in iure ipsius Monasterii diuina pietas voluerit augere, ex donis, oblationibus, decimisque fidelium absque ullius personae contradictione firmitate perpetua perfruatur.“ *Prohibemus igitur, ne quis vos aut Monasterium vestrum contra tenorem priuilegiorum suorum audeat indebitè molestarè. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.* Datum apud sanctum Petrum Romae VI. Non. Maii Pontificatus nostri anno octauo. Quis, me non mouente, videt facile, non totum haec exhiberi priuilegium Papae Agapeti II, Abbatissae Windilgardi datum, sed eius tantum modicam partem, quam Innocentius tertius vocat *capitulum*. Accuratissime autem Bulla ipsa, quae in hunc usque diem superest, ea continet, quae inde ad verbum describenda et confirmanda curauit Innocentius idem. Securus igitur fuit Pontifex de integritate et perennitate diplomatis Agapeti. Nam illud non ex toto iussit describi. Secura fuit de firmitate eius Abbatissa cum suis, siquidem non expetiit sibi descriptae totius Agapeti II, Bullae innovationem. Securi fuerunt de ea Episcopi quatuor delegati totidemque Abbates, qui priuilegia Papalia Gandersheimii ex Archivo ecclesiae cathedralis descriperunt et sigillis suis munita exempla Romam misere. Genuinum igitur superest penes nos Agapeti II, priuilegium, quod non ita pridem denuo inspexi, rogante Illustri IOANNE GEORGIO ab ECKART, et aevi sui momentis id exacte respondere animaduerti. Id unicum posset fortasse alicui esse suspiciosum, quod membranae sit inscriptum, Innocentius enim tertius in litteris publicis non vnus, priuilegia Agapeti et Ioannis non in pergamento, sed in papyro conscripta fuisse, refert. Verum quis ignorat, de potiori saepius fieri denominationem? Nec incredibile est, Abbatissam cum administris in id sollicitè incubuisse, ne casibus humanae fragilitatis exponerentur priuilegia sua Papalia, ideoque causam denegatae transmissionis priuilegiorum coniecisse in tenuissimam Bullarum conditionem, et vetustatem omnia corrumpentem. Potuit in hoc momento Papa per delegatos falli et ipse postea fallere. Id tamen facillimum iudicatu est, Papam ex delegatorum relationibus didicisse, scriptum priuilegii Agapeti a vetustate et ruina satis esse immune, quippe quod non totum repetit et innouat. Si quid iudico, Agapeti priuilegium, quod in membrana superest, fuit saeculo X. exeunte vel XI. meunte exemplari primo descriptum chartaceo. Antiquum sane est. Improbabile etiam est, delegatos Episcopos et Abbates voluisse Papam fallere in causa, quae nec Hildesheimensibus, nec Gandersheimensibus siue obesse siue prodesse poterat. Apographum nihilofecius confirmatum est per priuilegium Innocentii tertii, quod ea repetit ex Bulla Agapeti, quae ad verbum habentur in exemplo illo, quod huc usque adseruatur in Archivo templi cathedralis et membranae inscriptum est. Dudum hoc exstitit ante Innocentium, quia is fiducia huius exempli priuilegium totum haud repetit.

(n) Dabimus Ottonum Diplomata plura ad fidem Diplomatum ipsorum antiquissimorum, quae in membranarum scripta sunt, accurate descripta. Prouocandum est ad ea in sequentibus, quae adiciuntur, Dissertationibus. Ne autem lectorem haec fatigemus, antequam propositum nobis finem effectui damus, illa reiciemus ad calcem huius tractationis,

fuisse Ludouicum Pium nec auum Carolum Magnum. Ecquid respondebimus? In expedito et confesso est, a Sergio Ludouicum, cuius meminit, non vocari regem *Germaniae*, sed *Dominum atque inuictissimum regem*. Supra iam ostendi, Ludouicum indicari imperii cum Lothario socium. Concidit sic maximus scrupuli neruus. Non vrgeo, quod Ludouicus rex Germaniae vocetur *Imperator* (o) et *imperandi* vocabulum tunc late patuerit. At maius est dubium praesto. Sergius corpora dedit reliquias pro coenobio, quod auus EIVS et postea eius carissimus genitor in honore omnipotentis Dei dedicauerunt. Intelligit *LEIBNITIVS* per illud Corbeiam ad Visurgim. Verum Corbeienfes nunquam conquesti sunt, corpora Anastasii et Innocentii sibi esse interuersa et erepta. Nihil subest absurditatis, si adfirmemus, Ludouicum Pium in Brunshufano tractu sub Hercinia condidisse exiguum quoddam monasterium, quod Ludouicus Rex Germaniae vel Lotharius inter bella denuo dedicandum curauerit. Quis enim ignorat Heruordienfe et Corbeienfe coenobia paulo post sui initia esse aliorum translata? Quis nescit, Carolingos primos suae auctoritati tribuisse, quidquid a Comitibus et Ducibus fuerat institutum et conditum, siquidem horum erat, concessionem Imperatoris vel regis expetere. Saxones tamen conditionis erant paris cum Francis; Germani reliqui magis videbantur in formam prouincialium redacti. Eodem sensu dicitur Ludolfus in eisdem Sergii litteris *sacro illi loco praesse*, cui ossa Anastasii et Innocentii fuerint impertita. Ideae subsunt relatiuae. Ludolfus enim pependit a iurisdictione suprema Ludeuici Germanici eiusque filii. Nihil hisce inest insulsi, nihil inconuenientiae. Translatio enim coenobiorum ex vno loco incommodo in alterum commodiorem et ampliorem tum erat ita consueta et vsitata, vt Heruordia, Corbeia, et Ecclesia Gandersheimensis exemplo sint luculentissimo. Praecipue autem cum Leibnitio vrgent (p) alii, in altero Diplomate Ludolfino dici Ludouicum *regem Romanorum*, more tum prorsus inaudito et infrequenti, quae adpellatio sit instar obeli, qui auctoritatem genuinam et antiquitatem sinceram Diplomatis Ludolfini iugulet et tollat. Operae igitur pretium me facturum esse existimo, si adpellationis huiusce vim, aetatem, exempla et vsum propius intuear, et dicam Ludolfino diplomati scriptam retundere coner.

(o) *ALBERTVS STADENSIS* Ludouicum Regem Germaniae vocat *Augustum et Caesarem inelytum* in Chronico ad a. 841. 845.

(p) *LEIBNITIVS* in Introd. ad T. II. Script. Brunsvic. n. XXI. p. 32. I. G. ab *FCKARD* in Notis ad Agii Vitam Hathumodae p. 28. *CASPAR CALVOER* in Saxonia antiqua P. III. L. II. c. 7. §. 97. sq. *IOANNES GEORGIVS LEVCKFELDVS* in Antiquitatibus Halberstad. P. I. p. 63. 64.

§. III.

Ludouicus rex ille est Lotharii Imperatoris filius natu maximus.

Ludolfinum diploma, quod membranae in scriptum est, id habet eximii inter cetera, vt iter, a Ludolfo Romam susceptum, referat tum ad religiosum ardorem tum ad suasionem vxoris Odae. Id maxime videtur insulsum, Romam perrexisse Ludolfum, litteris Domini Ludouici *ROMANORVM REGIS inuictissimi ad Sanctissimum Sergium Papam acceptis*. Sic enim habetur in Diplomate. Haud equidem ignoro, Episcopos tum in more habuisse positum, vt monasteriis circumuicinis dolose subducerent priuilegia sua, adquisituri sibi iura dioecesana et praedia. Monasterium S. Galli exemplo est, cui Episcopus Constantiensis scripta palmaria eripuerat, vt illud sibi subiiceret et ad annum censum pendendum obstringeret. (a) Verosimillimum igitur est, monasteria supposuisse chartas nouas, vt priuilegia qualitercunque vel refarcirent vel denuo fingerent. Ex eo factum est, vt tot membranae supposititiae hinc inde sint obviae, quibus nec annales nec momenta temporum nec scripturae ratio ex genuina antiquitate congruit. Nonnulli hoc probe sentientes, rebusque suis diffisi, diplomata ideo sua nolunt edi, ne fraudes et rapinae, e quibus viuunt, in medium proferantur. Eadem de causa eruditi vetustissimas membranas, quae priuilegia monasteriorum eorumque institutionem primam complectuntur, occasione leuissima in suspicionem reuocant. Idem factum contigit diplomati Ludolfino in membrana scripto, quo fundatio et origo monasterii Gandersheimensis continetur. Tantum autem abest, vt vlla in illud cadat suppositionis nota, vllumue circumscriptionis vestigium fallax, vt potius singula in promptu sint documenta, quibus sinceritatem primam et genuinam diplomatis cuiuscunque com-

E e

pro

(a) *RATBERTVS* de Casibus Monasterii S. Galli c. 7. 8. T. I. rerum Alemannicarum, quas edidit *MELCHIOR GOLDASTVS* p. 6. sq.

probare solemus. Nam scriptura respondet et veritati rei gestae, et ritui saeculi noni ad finem inclinantis, et ductui litterarum tum vsitato. (b) Dotatio coenobii, quae in *Marca* non vna, quam *Marcum* etiam dicebant, (c) consistebat, repetitur et confirmatur Ludouici iunioris et Ottonis, vtriusque prioris, diplomatibus, ac possessione locorum, ex parte in hanc usque diem continuata. Iter Ludolfi, quod Romam suscepit, penes scriptores eius aetatis est celebratissimum. Priuilegium Sergii in papyro fuisse conscriptum, ritus Pontificum, cui consueti tum erant, facile persuadet. Id enim Innocentius tertius, vt paullo ante auditum est, plane fatetur. Quod autem priuilegium Sergii ab Innocentio tertio nec repetitum nec innouatum fuerit, rationes dari possunt validissimae. Nam priuilegium illud antiquo et priori Gandersheimensi, hoc est, Brunshufano coenobio erat datum. Exstabant autem Ioannis XIII. et Agapeti II. priuilegia, translato et recentiori Gandersheimensi monasterio concessa, quae erant instar omnium, et subsequens Papatum diplomatibus seu Bullis satis superque confirmata ac comprobata sunt. Mentio fit in diplomate Ludolfino duarum stolarum albarum, triginta aureis intextarum, quae in annum censum Romanae Ecclesiae in signum libertatis et exemptionis soluendae sint. Innocentius tertius in Diplomate, quod supra loco secundo dedimus, hoc ipsum repetit, docens, monasterium Gandersheimense liberum et exemptum esse atque ex prima institutione in libro censuali camerae Romanae inter cetera monasteria libera et exempta referri, obligatumque esse ad soluendas sedi Romanae quotannis duas stolas albas, quae auro ad pondus Byzantium triginta sint contextae. (cc) Nec deest praesidium ex annalibus et documentis ritibusque illius aevi vllum, quo diploma illud defendi et perpetuo vindicari possit. Respondimus supra copiose in Vita Ludolfi ad obiectiones singulas. In litteris Sergii nulla inest fictio. Ludouicum enim Lotharii filium quis ignorat tum imperasse cum patre regemque fuisse Italiae et dominum Pontificis? Mandabant omnino tum reges Italiae, quid Pontifici agendum esset. Papae subiecti erant Imperatoribus Graecis et ratione electionis suae ab eis erant confirmandi. (d) Donationem Constantini M. esse confictam, Pontificii ipsi

(b) IOANNES MICHAEL HEINECCIUS de Sigillis Veterum P. II. c. 2. §. 2.

(c) Singulare hoc ipsum paullo post edisserit paragrapho, videli. et VIII.

(cc) I. G. LEVCKFELDIUS in Antiqq. Gandersh. C. XIII. §. 4. p. 78.

(d) De Pontificum iuramento fidelitatis videatur STEPHANVS BALVZIVS in Notis ad opera Agobardi p. 122. PETRVS de MARCA de Concordia Sacerdotii et Imperii L. III. c. XI. §. 2. p. m. 265. ad faeculum VIII. Nullum Imperium in Italia vel Romana prouincia exercebat Romanus Pontifex. IVSTVS HENNINGVS BOEHMERVS Observatum selectarum ad Petrum de Marca Obs. VII. p. 81. 82. ALTIMVRA Panopliae p. 139. Quid plura congeram? Ioannes VIII. eiusque successores sese perinde Basilii Macedonis eiusque nepotum CLIENTES professi sunt. Gregorius IV. a. 827. in Pontificem electus, narrat, sese ab Episcopis Galliae admonitum; Bene subiungitis, memorem me esse debere iusturandi, CAUSSA FIDEI facti Imperatori. Apud HARDVINVM Tom. IV. Concil. col. 1276. Gregorius Magnus scribebat ad Mauricum et filium eiusdem Theodosium in societatem imperii adscitum L. III. ep. 65. Ego iussioni subiectus eandem legem per diuersas terrarum partes transmitti feci: Imperatori obedientiam praebui. Idem vtitur hisce formulis L. III. ep. 66. ad Theodorum, Mauricii archiatrum: Serenissimi domini mei imperatoris. Serenissimus Dominus noster. Deus omnia ei tribuit, et dominari eum non solum militibus, sed etiam sacerdotibus concessit. Conf. Ep. 65. huius libri Tom. II. p. 676. Idem L. V. ep. 20. Quantum ad me attinet, serenissimis iussionibus obedientiam praebui. Et ibidem: Vobis obedientiam praebere desidero. Vitalianus Constanti secundo itidem praestitit obedientiam. BARONIUS ad a. 663. Vitalianus erga Constantem nullum genus obsequii praetermissit. Obuiam prodit, et profecutus est omni genere caritatis. Eandem obedientiam * contestatur Episcopus Romanus Agatho cum Patribus Concilii Romani a. 679. habiti, mandatique Imperatorii inueniunt mentionem concilii adfessores cum Papa, quo fuerint in vnum conuocati. Tom. XVI. Concilior. Reg. editor. Paris. a. 1644. p. 126. sq. Ibidem p. 74. Agatho scribit ad Imperatorem: Ηγξάμην εὐεργῶς πρόθυμον ὑπαρχίαν περιεῖν. ἐνεκεν πληροφῶρας ὑπακοῆς ἐπέζητην. Coepi promptam obedientiam re ipsa exhibere, ac ad immotam plenamque subiectionem praebendam adspiravi - Iustinianus II. filius Constantini Pogonati milit ad Romanum Episcopum Constantinum Sacram, id est, mandatum sacratissimum, et iussit eum ad regiam ascendere urbem, qui iussis Imperialibus obtemperans illico nauigia fecit parari, vt habet ANASTASIVS in Vita Pontificum p. 92. Successerunt paullo post dissensiones Leonis Isaaurici et Gregorii II, quas compendiose delibat PETRVS de MARCA l. c. L. III. c. XI. p. 263. sqq. ed. Francofurti 1708. fol. et a corruptelis Petri de Marca, qui nimium studet auctoritati Papae, liberat BOEHMERVS loco laudato. Nec tamen cum Gregorio II. expirauit obedi-

* Confirmatione demum Imperatoris Graecis obienta electus Episcopus Romanus sese gessit vt Pontificem. IOANNES MABILLONIVS Commentario in Ordinem Romanum p. CXII. sq. IOANNES GARNERIVS in libro diurno Romanorum Pontificum p. 9. sqq. Haec et plura alia testimonia adducit Ven. ERNESTVS SALOMO CYPRIANVS in vberzeugenden Belehrung vom Vhrsprung und Wachsthum des Pabstthums Goth. 1719. 8. c. XII. p. 247. sqq.

ipfi non infitiantur. (e) Papae in temporalibus nulla gaudebant iurisdictione a Constantino

dientia Romanorum Pontificum erga Imperatores Constantinopolitanos, quin potius is in officio continuit populos et in fide imperio debita, postquam vidit, se rebus suis per animum immorigerum minus consulere quam par erat. *AVCTOR ANONYMVS VITAE ADRIANI* apud Ioannem Mabillonium T. I. Musaei Italici P. II. P. II. p. 39. refert, *Constantinopolitanos Imperatores urbem Romam et nonnulla Italiae castra sub sua ditione tenuisse.* Gregorius II. ipse suos monebat, *ne desisterent a fide et amore Imperii,* teste *ANASTASIO* p. 100. sub Gregorio III. supplices preces Constantinopolin dirigebat cuncta Italiae generalitas pro erigendis Imaginibus, vti idem recenset in vita Gregorii III. p. 103. Idem in Vita Zachariae p. 113. *Constantinus Princeps (Copronymus) donationem in scriptis de duabus mansis, quae Nymphas et Normias appellantur, iuris existentes publicis, eidem sanctissimo ac beatissimo Papae Sanctae Romanae Ecclesiae iure perpetuo direxit possidendas.* Sub Stephano III. Constantinus idem iussa et edicta sua per Ioannem suum silentiarium deferri iussit, teste eodem Anastasio in Vita Stephani III. p. 117. Inuidiam autem et impotentiam Graecorum Caesarum persentiebant Episcopi Romani, et ideo Maiores Domus Franciae rogabant, vt auxilium ferrent aduersus Longobardos, quum Roma a Graecis nihil opis impetrare posset. *ANASTASIVS* in Vita Stephani III. p. 117. *Sanctissimus Vtr Stephanus agnito maligni regis (Longobardici, scilicet Aistulfi) consilio, misit in regiam urbem (Constantinopolin) suos missos, et apostolicos affatus - deprecans Imperialem clementiam, vt iuxta, quod ei saepius scripserat, cum exercitu ad tuendas has Italiae partes modis omnibus adueniret, et de iniquitatis filii morsibus Romanam hanc urbem, vel cunctam Italiam pronunciam liberaret.* Idem p. 119. addit, *nullum ab Imperialis potentia subueniendi auxilium fuisse.* Qua de causa per fugium quaesierunt Papae apud Francos. Idem *ANASTASIVS* p. 119. *Prædecessores Stephani Dominum Gregorium et Gregorium alium et Dominum Zachariam Carolo excellentissimae memoriae Regi Francorum (Carolo Martello, Maiori Domus) direxerunt, petentes, sibi subueniri propter oppressiones et inuasiones, quas ipsi in Romanorum pronuncia a nefanda gente Longobardorum perpessi sint.* Graeci conabantur auertere Francos et per Gregorium ac Iohannem, legatos aulae Constantinopolitanae, Pipinum impellere studebant, vt Rauennam ceterasque vrbes Aistulpho ademas restitueret Exarchatui Graeco, Romanis nequaquam traderet. At vero Pipinus imposturis factis acceptum referebat regnum suum, et gratias referre impostori sacro et Chilperici callido deturbatori Papae festinabat. *ANASTASIVS* in Vita Stephani III. p. 125. *Vnus ex Imperialibus missis, Gregorius videlicet, Protosecreta - Francorum adsecutus est Regem - et nimis eum deprecans, atque plura spondens, Imperialia tribuit munera, vt Ravennatum urbem, vel ceteras eiusdem Exarchatus ciuitates, et castra, Imperiali tribuens concederet ditioni. At nequaquam valuit - Pipini inclinare cor, vt easdem ciuitates et loca Imperialia tribueret ditioni. Afferens eidem Dei cultor - nulla ratione easdem ciuitates a potestate beati Petri alienari - affirmans etiam sub iuramento, quod per nullius hominis fauorem sese certaminis saepius dedisset, nisi pro amore beati Petri et venia delictorum. - Et haec praedicto Imperiali misso reddens in responsis, continuò eum ad propriaremeandum per aliam viam absoluit, qui et sine effectu Romam conuinxit.* Dilucet ex hac oratione Pipini, pro venia delictorum seu pro remedio animarum iam tum opera quaedam externa fuisse arrepta. Quis igitur miratur, Ludolfum in Diplomate membranaceo dici iter Romam suscepisse, reliquias * et ossa sanctorum inde deportasse et monasterium condidisse pro remedio animae suae? Franci igitur acceperunt ditionem et potestatem in Romam annis circiter 754 55. 56. quibus vrbiū antea demonstratarum expugnatio contigit. *PETRVS* de *MARCA* loco laudato §. VII. p. 268. 269. Romam Graecae ditionis mansisse sub Pipino, ratus, oppido fallitur, vti fufè ostendit *LVDOVICVS ANTONIVS MYRATORIVS*, historicorum princeps Mutinensis, in libro, quem inscripsit: *Droits de l'Empire sur l'Etat Ecclesiastique* c. I. p. 32. et *IOANNES GVILIELMVS LANPS* in pleniore et vberiore assertionem antiquae et peruulgatae de Quatuor Monarchiis sententiae c. V. §. 8. p. 134. sq. Pipinus et filii eius vocantur Patricii Romanorum apud *ANASTASIVM* p. 135. 136. 144. 150. Ipfi Romani cum titulo Patricii summum rerum suarum arbitrium ad Carolum, Pipini filium, detulerunt a. 774. Senatus consultum illud exstat apud *GOLDASTVM* in *Replie*. pro Imper. c. 13. et Constitur. Imper. Tomo vno p. 1. *ANASTASIVS* indicat in Vita Adriani p. 154. 155. Carolo, tum Romam ingresso, eundem honorem fuisse exhibitum, qui antehac Exarchis, locum Imperatorum Graecorum repraesentantibus, delatus erat. Accipe verba ipsa; *Dum appropinquasset Carolus fere vnus miliario a Romana vrbe, direxit Adrianus vniuersas Scholas militiae, vna cum patronis, simulque et pueris, qui ad descendas litteras pergebant, deportantes omnes canentes cum acclamationum earundem laudum vocibus ipsam Francorum susceperunt Regem. Obusam illi eius sanctitas dirigens venerandas cruces, id est, signa, sicut mos est ad Exarchum aut Patricium suscipiendum.* Ita translata est iurisdictione in Romam et Pontificem a Graecis ad Francos. *DE PINIVS* dans la Bibliotheque des Auteurs Ecclesiastiques saec. VIII. et *LVDOVICVS MAIMBURGIVS* in *Historien vom Fall vnd Abnahme des Römischen Reichs* L. I. hinc deriuant possessiones et originem iurisdictionis summae Pontificum Romanorum. At in re ipsa enarranta nimis hi scriptores cum Petro de Marca trepidant.

* Iurabatur tum super reliquiis et ossa sanctorum. *REGINO* L. II. *Chronici* p. m. 33. ad a. 756. *Rex Pipinus tenuit palatium suum in Compendio, ibique Thassilo venit, dux Baioariorum, et suus effectus est, per manus sacramentaque multa iuravit Pipino et filiis eius, supra corpus S. Dionysii, S. Germani, et S. Martini simul.* Conf. *ANNALES BERTINIANI* ad a. 757. *Corpora sanctorum Gordiani et Epimachi de Roma in Alemanniam translata sunt a. 774.* *HERMANNVS CONTRACTVS* ad d. a. p. 219.

(e) *PETRVS* de *MARCA* de Concordia sacerdotii et Imperii L. III. c. XII. p. 273. sqq. *PAPEBROCHIVS* in *Conatu chronico* p. 48. *ANTONIVS PAGIVS* in *Critica Anti-Baroniana* an. 324. n. 13. *NATALIS ALEXANDER* in *Hist. eccles.* ed. Paris, 1699. Tom. IV. p. 309. Sub Stephano III. excogitatam esse fictionem illius machinam et spuriam donationem, ad decipiendum Pipinum, probabilissime ostendit Ill. *BOEHMERVS* loco ex citato Obs. VIII. p. 83. 84.

et ritui saeculi no-
tio coenobii, quae
repetitur et confir-
matur, ac possessione lo-
cum Romam suscepit,
in papyro fuisse con-
stat. Id enim Inno-
centius I. autem privilegium
rationes dari possunt
sentis, hoc est, Brun-
gabeti II. privilegia,
erant instar omni-
que confirmata ac
larum albarum, tri-
biae in signum liber-
tate, quod supra loco
bersheimense liberum
merae Romanae ne-
ad soluendas fedi ho-
rum triginta sint con-
tibusque illius aui
Respondimus supra
illa inest fictio. La-
re regemque fuisse
liae, quid Pontifici
ione electionis suae
infictam, Pontifici
ipfi

Notis ad opera Agobiti
L. §. 2. p. m. 265. ad
omnibus Pontificis, IPSTI
circa Obs. VII. p. 81. p.
eque successores esse perna
L. a. §. 27. in Pontificem ex
rem ne esse debere iuris
Concil. col. 1276. Grego-
rietatem imperii adicere
artes transmitti fecit: In
Theodorum, Mauriciu
Deus omnia et tribu
L. Ep. 65. huius libri Teo-
bus abbasentiam praes-
tando inidem praefitio-
nis obsequii praetermi-
tiam * contestatur Episc-
que Imperatorii inuici-
dom. XVI. Concilior. Re-
orem: *HERMANNVS* *CONTRACTVS*
774. *Corps proutan in-
ndam adspirant - Inuici-
timam Sacram, id est, in-
Imperialibus obsequi-
92. Successerunt paulo post
RPS de *MARCA* L. c. LIII
1, qui nimium traderet
egorio II. exspirant ob-
lin-*

anus sese gessit in Pont-
CXII. §. 30. ANTONES Gal-
lia testimonio adducit in-
sprung vad Wachthaus

tino M, ad Carolum Magnum, largiente Natali Alexandro. (f) Carolus Magnus imperavit Romae summamque in eam exercuit potestatem. (g) Francici porro Imperatores summo dominio in eandem urbem gauisi sunt. (h) Donatio, quae vulgo Ludouico Pio tribuitur, non minus conficta est, quam spuria illa Constantini Magni ementita donatio. *ANTONIVM PAGO*, eruditissimum virum e Franciscanorum ordine, adpellamus iudicem et testem. (hh) Ipse Sergius non potuit legitime administrare Pontificatum, priusquam a Ludouico, Lotharii filio, esset confirmatus, ringente licet Baronio, (i) siquidem Annales Bertiniani (k) et Sigebertus Gemblacensis (kk) cum Mabillonio ipso (l) hoc candide fatentur. Gregorius Magnus libere profitetur, (m) sacrum sibi ministerium ab Imperatore commissum esse (n) eodemque iure potiti sunt Carolus Magnus eiusque posterii. (o) Ea de causa soluebant olim Imperatori certam argenti summam (p) eique iusiurandum fiduciarium cum Cardinalibus et populo Romano

(f) Tom. IV. Hist. Eccles. p. 311. 312.

(g) Id fatetur *NATALIS ALEXANDER* l. c. p. 319. *ANTONIVS PAGIVS* in Critica ad a. 823. n. I. *Imperatores Francici supremo dominio in urbe potiti sunt. ANNALES LAVRISHEIMENSES* ad a. 796. Romae Adriano defuncto, Leo Pontificatum suscepit, et mox per legatos suos claves confessionis S. Petri ac vexillum Romanae urbis, cum aliis muneribus, regi (Carolo) misit, rogavitque, ut aliquem de suis optimatibus Romam mitteret, qui populum Romanum ad suam fidem atque subiectionem per sacramenta firmaret. Missus est ad hoc Engilbertus, Abbas monasterii sancti Richeris - - *PAVLVS DIACONVS* in fragmento de Episcopis Metensis Ecclesiae p. 289. Carolus ipsam urbem Romuleam suis addidit sceptis. Romanos ceteris sibi subiectis adnumerat Carolus Magnus Capitular. L. VI. c. 366. p. 985. et Romae per Missos suos ius dicebat, uti patet ex Leonis III. ep. I. 5. 10. De testimonio illo primo *PETRVS* de *MARCA* sic sentit loco saepius laudato §. 8. p. 269. *Fides illa et subiectio populi Romani iure patriciatus debebatur Carolo: quam nouis sacramentis adhibitis confirmari Leo cupiebat. ANTONIVS PAGO* T. III. Critic. Baron. ad a. 706. n. IV. p. 403. locum illum ex Annalibus de promptum trahit ad venerationem, qualis protectori urbis exhiberi consueuerit, non domino. At obstat historia, et adiecta fides ac subiectio per sacramentum firmanda. Quod autem *PETRVS* de *MARCA* obedientiam illam putet non ad personam Pontificis esse referendam, sed de populo Romano intelligendam, in eo procul dubio fallitur. Quomodo enim vna urbs duobus dominis summis subesse potest? Urbs omnino collectionem ciuium hinc denotat, quae Romam incoluerunt. Pontifex igitur instar membri ciuitatis fuit consideratus. Carolus ad Leonem ep. 84. apud Alcuinum: *Perlectis excellentiae vestrae literis et audita decretali chartula, valde, ut fateor, gauisi sumus, seu in electionis unanimitate seu in humilitatis nostrae (i. e. erga humilitatem nostram) obedientia, et in promissionis ad nos fidelitate. Statim hinc lectori innotescit, Leonem III. post obitum Hadriani electum nuntiasse Carolo de electione, fidelitate spondidisse, et confirmationem ab eo petiisse. Ita enim moris erat, antequam Franci Romam tenerent, ut iuramentum praestarent Pontifices electi et deinde confirmarentur ab Imperatoribus Graecis, quorum vices sustinere solebant Rauennae commorantes Exarchi. Id non infitatur *IOANNES MABILLONIVS* Commentarii in ordinem Romanum p. 112. sq. *MONACHVS GALLENENSIS* apud Pagi To. II. Breuiarii p. 10. Leo in conspectu Caroli iurauit. Carolus M. hac de causa instar domini ad dextram Pontificis ambulabat et sedebat. *ANASTASIVS* in Vita Hadriani p. 155. *Tenuit Christianissimus Carolus Rex dexteram manum Pontificis.* Baronio haec inuisa sunt, quare conatus est corrumpere Annalium locum illum famosissimum, quem *PETRVS* de *MARCA* dedit integrum et fere explicauit secundum veritatem. Quam Baronii veteratiorum fraudem castigat *HERMANNVS CONTRINGIVS* Exerc. II. de Imperio Rom. Germ. §. 27. p. 47. et sincere exponit, qui vnum et alterum expositioni Petri de Marca adiungendum esse ostendit *Conr. Sam. Schurzschleibius* de Diuisione Imperii Carol. §. XIV. sqq.*

(h) *ANTONIVS PAGO* in Critica ad a. 823. n. I. *Imperatores Francici supremo dominio in urbe potiti sunt.*

(hh) In Critica ad a. 817. n. VII.

(i) *BARONIVS* T. X. Annal. Eccles. ad a. 844. n. V. p. 13.

(k) Ad a. 844. *Gregorius - Pontifex decessit, cui Sergius succedens in eadem sede substituitur. Quo in sede Apostolica ordinato Lotharius filium suum, Ludouicum, cum Drogone, Mediomatricorum Episcopo, dirigit, acturos, ne deinceps decedente Apostolico, quisquam illic praeter sui iussione Missorumque suorum praesentiam ordinetur antistes.*

(kk) Ad a. 844. *Sergius Romanae ecclesiae centesimus praesidet, ad cuius electionem confirmandam Ludouicus, filius Imperatoris Lotharis, a patre missus. HERMANNVS CONTRACTVS* ad d. a. p. 232. *Defuncto Gregorio Papa, Sergius secundus sedit annis tribus. MARIANVS SCOTVS* Chron. L. III. p. 639. ad a. 844. *Sergius - sedit annis tribus.*

(l) In praefatione ad Partem II. saeculi Benedictini capite ultimo n. 214. p. 116. 117.

(m) *IOANNES DIACONVS* L. I. de Vita Gregorii c. XL.

(n) Benedictini Patres reuerendi, qui 1705. Opera Gregorii 1705. Pariliis publici iuris fecerunt, in Vita Gregorii Tomo IV. praemissa p. 216. *Sacrum sibi ministerium ab Imperatore commissum agnoscit.*

(o) De Carolo M. id comprobauius, De Ludouico Pio id ostendit *SIMON FRIDERICVS HAHNE* in der vollständigen Einleitung zur Teutschen Reichs- und Kayser-Historie P. I, c. 2. §. 12. (a) p. 142. De Lothario primo id demonstrat c. 4. §. 5. (a) p. 177.

(p) *CONRADVS VRSPERGENSIS* ad a. 1073. E. S. *CYPRIANVS.*

Carolus Magnus imperator porro Imperator, quae vulgo Ludouici Magni Constantini Magni Franciscanorum ordinis regimine administratus, ringente licet placens (kk) cum ere profertur, (m) que iure potiti sunt Imperatori certam bus et populo Romano

Critica ad a. 823. n. I. ISHEIMENSES ad a. 796. i. claus. confessionis d. Peri. canique, ut aliquem in que subiectionem per se. Ischerii - - PAVLI in orbem Romanoan sui Capitul. L. VI. c. 366. §. 10. De testimonio i. des illa et subiectio p. titis confirmari Leo cum illum ex Annalibus verit, non domino. At quod autem PETRVS de, sed de populo Romano dominis summis incoluerunt. Pontifex apud Alcuinum; Per. r. panis somni, seu in am) obedientia, et in pro obitum Hadriani electum ab eo petisse. Ita enim confitentes electi et dicit or. Baucenae commorant ordinem Romanum p. III. in conspectu Caroli curant. sedebat. ANASTASIUS in om. Pontificis. Baronio hae zulum, quem PETRVS de nui veteratiam fraudes 27. p. 47. et sincere expo endit Com. Sam. Schwarz

o dominio in urbe pui

de substituitur. Quis Mediomatricorum Episcopus sus iustitiam Misera

mem confirmandam Ludouici ad d. a. p. 233. de TY'S Chron. L. III. p. 69

16. 117.

lici iuris fecerunt, in ore commissum apud FRIDERICUS HAGENI I. c. 2. §. 12. (d) p. 42. De

mano praestabant. (q) Ottones (r) et Henricus II. (s) dilucide eam in Pontificis electionem (t) et in diiudicationes politicas (u) iurisdictionem sibi omnino retinuerunt intactam. Quare absurdum non est, Sergium morem gessisse mandatis Ludouici, regis Italiae, et Ludolfum accepisse litteras ad Papam ab eo. A quonam enim alio Ludouico acciperet, vel expeteret, litteras et mandata ad Pontificem Romanum, nisi a Rege Italiae? Si censores hoc animaduertissent, permultis sane obiectionibus formandis potuissent supersedere. Ludouicum hunc dici *regem inuictissimum*, et *Imperatorem christianissimum*, (x) nemo amplius mirabitur. Imperatorem dici a Papa, qui nondum erat Romae inauguratus, adeo inconueniens ei aetati non est, vt potius Papae lubentes fuerint confessi, sibi non esse integrum, Imperatores eligere. (y) Electio enim tum faciebat Imperatorem, non inauguratio Romana. Quaestio tandem succurrit maioris momenti, an scilicet eo tempore Imperator et Rex Italiae dici potuerit reque ipsa adpellatus sit *Rex Romanorum*. Quum enim Ludouicus ille, Lotharii patris in imperio socius, dicatur rex Romanorum in Diplomate Ludolfino, et ex nomenclatura illa petatur vulgo telum ad sinceritatem eius genuinam iugulandam, operae pretium fuerit in hoc ipsum maiori cum industria inquirere.

- (q) Apud PAGIVM ad a. 825. n. 29.
- (r) LIVTPRANDVS Histor. L. VI. c. 6. et II. Ius canonicum Distinct. LXIII. c. 23. *Constitutionem Leonis falsi arguere nititur* Batonius nullo argumento, scribit PETRVS de MARCA l. c. L. VIII. c. 12. §. 10. p. 1155. Constitutionem exhibet LVNIG in Reichs-Archiv Vol. IV. p. 66. sqq.
- (s) Anonymus autor libri, qui inscribitur: *Abriss der gantzen Catholischen Kirchen*, editi Coloniae 1714. 4. p. 242. sq. Auctorem detexit IOANNES FABRICIVS in Historia Bibliothecae suae. Est ille GEORGIVS CHRISTOPHORVS a RAESEVVITZ, alias PASSEL, Vratislaviensis, cuius vitam dedit IOANNES FABRICIVS Biblioth. suae P. IV. p. 220.
- (t) Apud BARONIUM a. 1014. n. VII.
- (u) ERNESTVS SALOMON CIPRIANVS vom Ursprung vnd Wachsthum des Pabstthums c. XIV. §. 3. p. 283. sqq.
- (x) GREGORIUS M. L. I. ep. 16. *Iuxta Christianissimi et serenissimi rerum domini iussu ad B. Petri limina, cum suis sequacibus te (Episcopum Aquilegiensem Scuerum) venire volumus, ut aggregata synodo de ea, quae inter nos vertitur, dubietate iudicetur.* Constantini Pogonati imperium Agatho Episcopus Romanus et congregati in concilio Romano Patres vocant *Christianissimum* T. XVI. Concil. Reg. ed. Paris. a. 1664. p. 126. sq. Idem a. 680. ad eundem de Synodo Romana l. c. p. 132. *Σύνδος ἦτις ἐν ταύτῃ τῇ ἀρχικῇ τῇ ἡμετέρῃ χριστιανικωτάτῃ κράτῃ τῶν Ῥωμαίων πόλει συνήλθε.* *Concilium, quod in hac vestrae christianissimae potestati subiecta urbe Romanorum conuenit.* ANASTASIUS in Vita Hadriani p. 155. *Tenuit Christianissimus Carolus Rex dexteram manum Pontificis.* Lotharius in litteris ad Nicolaum I. Papam apud Ioannem Christianum LVNIG Vol. IV. des Teutschen Reichs-Archivs p. 22. sq. *Sanctissimo et perbeatissimo summo Pontifici et vniuersali Papae Nicolao Hlotharius, diuina praeueniente clementia Rex, summae felicitatis et praesentis prosperitatis pacem et gloriam. Postquam nobis gratuita misericordia Des Regni gubernaculum commisit, more praedecessorum nostrorum, Christianissimorum videlicet Principum - Carolus III. vocatur Christianissimus princeps apud REGINONEM ad a. 888. p. 87. nec non Conradus III. ab OTTONE FRISINGENSI de Gestis Friderici primi L. I. c. 29. p. 423. T. I. Vratisl. Omitto plura. Poterat ex penultimo loco CASPAR CALVOER addidisse, Papam viuentem dictum fuisse *beatissimum*. Existant plurima eius adpellationis exempla. Miseror ignorantiam censorum Diplomatis Ludolfini!*
- (y) AIMOINVS de Gestis Francorum L. IV. c. 90. *Carolus ab eodem pontifice (Leone III.) more antiquorum principum adoratus est.* Legati Hadriani IV. ad Fridericum I. a. 1158. apud RADEVICVM L. I. de gestis Friderici I. c. 22. ita: *Salutant etiam vos clerici vestri, vniuersi cardinales, tanquam dominum et imperatorem urbis et orbis.* Carolingici Caesares statim ab electione adpellarunt sese Imperatores ante Romanam inaugurationem, Papae vocabant Caesarem *Imperatorem nostrum*, vti constat ex Mabillonio Tom. II. Musci Italici p. 400. sq. Romani in litteris ad Conradum III. apud OTTONEM FRISINGENSEM L. I. c. 28. p. 422. datis hunc vocant *Romanorum Regem semper augustum, gubernationemque Romani Imperis et Imperialem Coronam* ei tribuunt. At quis nescit, cum nunquam Romae fuisse coronatum?

§. IV.

Disquiritur, an Imperator tum dici potuerit et debuerit, immo dictus sit Rex Romanorum.

Si autem Monachus vel eruditus quisque subsequendum saeculorum, quae nomen excipiunt, diplomata Ludolfo supposuisset, nequaquam fuisset commissurus, vt Sergius induceretur scripsisse quidquam de *Ludouico rege nostro, Domino nostro, mandante sibi*. Documento haec sunt luculentissimo, diplomata esse genuina, siquidem nihil vitii, vti ostendimus et ostendemus, habent, quod leui brachio non possit elui et refelli. Formulae illae designant genium saeculi noni et in primis Sergii, qui Ludouicum, aduenientem cum impetu, venerabatur summo cum metu eique obedientiam Imperatori debi-

debitam iureiurando interposito addicebat suam. Quantum tempora paullo post secuta coeperunt ab humilitate Pontificum dissidere? Adiungemus tamen nouam responsionem ad id, quod ex adpellatione *regis Romanorum* desumitur ab oppugnatoribus, argumentum. Ostendendum est, patricios Romanos tum dictos fuisse eos, qui *reges* dicebantur, patriciumque Romanorum et regem Romanorum esse vnum idemque. Addeamus, patriciorum insigne fuisse diadema seu cidarim regalem. Regis et Imperatoris nomen tum ob Graecorum morem, quem imitabantur Latini et Franci, tum ob potestatem ipsam adhibebatur promiscue. Inconstantiam adpellationum, quae Caesares sese reliquis anteferebant, tum maxime viguisse, nemo vnus ambigit. Carolum III. dici regem Romanorum, disputabimus et complura adiiciemus exempla. Pipinum, Carolomannum et fratrem Carolum, qui posthaec Magnus dictus est, fuisse Patricios Romanorum et Romae, norunt omnes. Dignitatem hanc, quam patriciatum vocant, varii varie definiunt. *NICOLAUS ALEMANNVS*, (a) *CAROLVS du FRESNE* (b) aliique patriciatum illum habent pro vrbe Romae vel etiam Italiae praefectura, licet hic auctor posterior ambigat, vtrum potius dominium, an praefectura sit dicenda. *LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS* (c) nescit, quo sese vertat, et dignitatem illam definiri posse, negat. Initio dignitas illa fuit summorum senatorum, quos Caesares in consilium sanctius adhibere erant soliti. *IACOBVS GARNERIVS* hoc copiose explanat. (d) Origo est antiquior aetate Constantini Magni, is enim non instituit hanc dignitatem, vti quidem *CAROLVS du FRESNE* (e) et *IACOBVS GOTHOFREDVS* (f) ex *Zosimi* libro secundo contendit, sed nouis et maximis auxit honoribus eam Constantinus, (g) vt praestantiorem induerit faciem, nam Patricii ceteris omnibus administris imperatoriis anteponebantur et proximum locum ab Imperatoribus tenebant. (h) Potissimum vero praefecti, quibus data erat prouinciae regendae potestas, Patriciatum obtinebant, ita vt simpliciter Patricii vocarentur, quales Patricios etiam Italia habuit, qui Exarchatum administrabant. (i) Hi potestate maxima effulgebant, eamque ipsi venerabantur Pontifices Romani. (k) Creuit autem fastigium dignitatis illius, quum ad Reges Francorum peruenit. Occasionem translatae in Francos dignitatis praebuerunt dissidia inter Orientales et Occidentales circa cultum imaginum. Leo enim Isauricus Imperator Constantinopolitanus anno 722. edictum contra imagines renouauerat, quo facto irritatus Gregorius II. Pontifex Romanus duabus litteris, recitatis a Baronio ad ann. 726. n. 28. sqq. grauius illum obiurgat, limites verecundiae, quam debebat Imperiali maiestati, transgressus, quin vltius, quasi insidias Imperator ipsi struxisset, eo tandem rem deduxit, vt Duces ab Imperatoribus constituti, ex Italia deicerentur, vti *PETRVS de MARCA* (l) non diffitetur, et sic Pontifex cum vniuerso populo se obedientiae Imperatoris minus legitime tandem subdlexerit. Instabat porro metus nouus a Longobardis, aduersus quos non nisi a vicinis Francis, auxilium peti poterat, Gregorius II. eo fine auxilium Caroli Martelli implorauit. Incertum est, quo euentu Gregorius deinceps, quum Longobardorum rex Romam obsideret, legatos ab integro a. 740. ad Carolum Martellum misit, obluros honorem Patriciatu, et defensionem Romae ab ipso expeturos. Inde ad Pipinum reliquosque successores honor ille translatus est. (m) Dignitas haec patriciatu in Carolingis regiam exaequabat, immo ab ea non differebat. Exarchi fuerant antea Patricii, hoc est, defensores et praefecti Romae, pendentes a nutu Graecorum Caesarum et eorum nomine cuncta expedientes.

Quum

- (a) In Dissert. de Lateranensibus Paricinis c. II.
 (b) In Glossario mediae et infimae latinitatis T. III. p. 220.
 (c) Dans Droits de l'Empire sur l'Etat Ecclesiastique c. 2. p. 38.
 (d) In Notis ad librum diurnum Pontificum Romanorum cap. I. tit. III. p. 4.
 (e) Loco laudato p. 218.
 (f) Ad L. un. C. Theod. de consul. praefect. magist. milit. et patric.
 (g) Egrege hoc probat *PETRVS IOSEPHVS CANTELIUS* in metrop. urb. histor. P. I. diff. 2. c. 4. §. 3.
 (h) *WALAEFRIDVS STRABO* lib. de rebus eccles. c. XXXI.
 (i) *ANASTASIVS* in Vita Adriani p. 154. 155. Belisarium Iustiniani ministrum primum et summum vocat Patricium, *πατρίκιον*, *ZONARAS* Annal. T. III. p. 57.
 (k) *ANTONIVS PAGO* in Breuiario Tom. I. p. 287. et in Critica Baroniana ad a. 555. n. 10. *IOANNES MABILLON* Commentario in ordinem Romanum p. 122. sq. *IOANNES GARNERIVS* in Libro diurno Romanorum Pontificum p. 9. sqq. et, qui haec loca collegit et egregie adhibuit, *ERNST SALOMO CYPRIAN* c. XII. §. 4. p. 255. sqq. in vberzeugender Belehrung vom Vhrsprung und Wachsthum des Pabstthums.
 (l) De Concordia Sacerdotii et Imperii L. III. c. XI. §. I. p. 263. sq.
 (m) *PETRVS de MARCA* l. c. L. I. c. XII. §. 4. p. 71.

Quum autem Pipinus ceterique successores Patriciatum illum tenebant, nec Pontificis nec Imperatoris Graeci nomine eum administrabant, quippe qui a iussu superioris magistratus haud dependerunt. Pontifex Romanus haud secus ac reges exceptit Patricios illos, eosque, quae adpellatio regibus tribui solebat, *excellentissimos Dominos atque praecellentissimos filios* (n) vocauit. Liquet idem ex Sigeberto Gemblacensi, (o) qui plane clareque adserit, quod Adrianus Carolo ius eligendi Pontificem et ordinandi Apostolicam sedem, dignitatem quoque Principatus confirmauerit. Quo iure Pontifices et populus Romanus eligere eiusmodi Patricios potuerint, haec non est disputandum. Iurisdictio et regius honos, qui per patriciatum designabatur, e vestitu ipso elucebat. Singularis enim vestitus, quo Patriciatum suum declarabat Carolus Magnus, consistebat ex toga talari et *aureo circulo*, (p) id est, diademate, et corona simplici, qualis regum erat. (q) Carolus equidem a. 800. patriciatum permutabat honore imperatoriae dignitatis. (r) Nihilominus tamen successores eius, (s) Otto Magnus, (t) Henricus IV. (u) et alii Caesares sese Patricios Romanorum nominarunt. Seriem summorum Patriciorum, qui post Carolum Magnum floruerunt, percenset *CAROLVS du FRESNE*. Patricios oppidanos, quos Henricus Auceps ad instar ordinis veteris Romani equestris instituit, huc non pertinere, quiuis, me non mouente, intelligit. Si haec vno obtutu dispicio, quae de Patriciatu Carolingorum adtuli, non possum, quin contendam, potestatem patriciatu fuisse regalem, et Regem Italiae, qui sese Patricium Romanorum vocat, optimo iure dici potuisse *Regem Romanorum*. Haud enim obscurum est, appellationes summi honoris aetate Caroli M. non fuisse satis immobiles et fixas, sed vicissitudine et varietate esse insignes. Regulae diplomaticae, quae huc vsque circumferuntur, laborant concludendi modo, quo a particularibus ad vniuersalia vitiose progredimur. Maxima omnino cautione opus est, quoties *per inductionem* argumentamur, ne ob exempla duodecim inter sese similia negemus veritatem rei decimae tertiae ob aliquam disconuenientiam. (x)

- (n) In libro diurno Pontificum Romanorum cap. I. T. III. p. 4. Reges eadem denominatione a Pontificibus adfectos, exemplis docet *IOANNES GARNERIUS* in Notis ad capitulum I. T. VI. p. 5.
 (o) *SIGEBERTVS* in Chronico ad a. 773. p. 56. *Adrianus Carolo ius eligendi Pontificem et ordinandi Apostolicam sedem, dignitatem quoque principatus dedit.*
 (p) Patet hoc ex picturis apud *ANTONIUM PAGI* T. III. Criticae ad a. 796. n. VIII. p. 405. *IOANNES MABILLONIVM* in Supplementis ad opus de Re Diplomatica c. IX. §. III. p. 40. et *BERNARDVS de MONTEAVCON* dans les Monumens de la Monarchie Françoise, qui comprennent l'Histoire de France, avec les figures de chaque regne. Montefalconii liber ad manus non est. Dabo igitur locum in compendio suppeditatum ab Auctoribus Ephemeridum Parisiensium, *Journal des Sçavans*, 1730. Apr. p. 461. vbi sic legimus: *Dans un tableau de Paul Petaro, qui l'auroit tiré d'un ancien Manuscrit, et qui suruant ce qu'il assure notre Auteur, représente Charle Magne Patrice; ce Prince n'a pour Couronne qu'un cercle d'or, qui étoit, dit on, la Couronne de Patrice.*
 (q) *CAROLVS PASCHALIUS* de Coronis, *MARTINVS SCHMEIZEL* de Coronis tam antiquis quam nostrae aetatis, *IOANNIS MEYRSII* liber de Corona aliique.
 (r) *POETA SAXO* ad a. 801. T. I. Leibnit. p. 152.

*Post laudes igitur dictas et summus eundem
 Praesul adorauit, sicut mos debitus olim
 Principibus fuit antiquis ac nomine demto
 Patricii, quo dictus erat prius, inde vocari
 Augustus meruit pius, Imperii quoque Princeps.*

- (s) *CAROLVS du FRESNE* l. c. p. 221. 222. 199.
 (t) In Diplomate a. 963. In *CHRONICO LAVRISHEMENSI* T. I. Freher. p. 69.
 (u) *BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS* ad a. 1061. p. 342. Senatus Consultum Romanum in Iure Canonico C. I. Dist. 23. et *GOLDASTI* Constitutionibus Imperial. p. 231. ad a. 1040. *Negari non potest, quod pater Domini Regis Henrici praee memoriae, Henricus Imperator, factus est PATRICIVS ROMANORVM, a quibus accepit in electione super ordinando Pontifice principatum.*
 (x) *CHRISTIANVS WOLFIUS* in Philosophia rationali lat. mai. 478. p. 369.

§. V.

Imperatores dicti sunt Reges et Reges Romanorum.

Imperatores fuisse dictos *Reges*, ambigi et in controuersiam reuocari nequit. Graeci Imperatoris Caroli dignitatem agniti per legatos hunc vocant βασιλέα, *regem*, (a) alias parci in conferenda hac adpellatione et potius ῥηγος, *regis*, vocabulum adhibentes.

- (a) *ANNALES LAVRISHAMENSES* ad a. 812. *Legati Graeci more suo, id est, Graeca lingua laudes Carolo dixerunt et Imperatorem et βασιλέα eum adpellantes. ANNALES PITHOEANI* ad a. 812. p. 23.

tes. (b) Carolus M. promiscue sese adpellat *regem* et *Imperatorem Romanorum*. (c) Carolus III. sese vocat *regem Romanorum*. (d) Idem valet de Henrico IV. (e) Friderico II. (f) Henrico III. (g) Henrico Anticaesare. (h) Omitto exempla alia. Quidni igitur Ludouicus rex Italiae et Imperator Romanorum eadem sese adpellatione adficere potuit? (i)

- (b) CAROLVS du FRESNE T. I. Glossarii latinitatis p. 555.
 (c) Vita Karoli M. ab incerto auctore p. 265. Ludouicum dici *Romanorum regem*, illum, qui erat Germaniae vel potius Franciae Orientalis Rex, in Diplomate Lamspringae a. 877. dato, arguit omnino, supposititium esse Diploma ipsum.
 (d) Eius constitutio de Expeditione Romana sic orditur apud MELCHIOREM GOLDASTVM Tomo vno Constit. Imper. p. 207. *Karolus diuina fauente gratia Rex Francorum et Romanorum*. Refertur haec ad a. 881. Carolus II. se ibidem p. 200. vocat *Dei gratia Regem*; et simpliciter *regem* p. 191. ac *Imperatorem Augustum Romanorum* sese adpellat Ludouicus Imperator p. 195. Romanus Pontifex vocat Michaellem et Theophilum, qui Constantinopoli regnabant *gloriosos Imperatores Romanorum* p. 180.
 (e) Henricus IV. vocat sese nunc *Regem*, nunc *Imperatorem Romanorum*, apud GOLDASTVM in Constit. Imperial. p. 231. sqq. Otto II. adpellat se *Dei gratia Romanorum regem semper Augustum* p. 225. ad a. 978. Ludolfum filium Otto I. speciatim constituerat *Regem Romanorum et Italiae*, qui ita in supplicibus litteris ad patrem a. 954. *Tu mihi, Pater, honores regni dedisti: tu Imperium daturus eras*. Ibidem p. 216.
 (f) Fridericus II. vocat sese *Romanorum Imperatorem*, in litteris ad Ianuenses, apud D. SIMONEM FRIDERICVM HAHNIUM Tom. I. Collectionis Monumentorum veterum et recentium, ineditorum p. 235. et eadem ratione p. 241. 244. Eadem adpellatione honorifica vititur Otto primus, apud GOLDASTVM To. vno Constit. Imper. p. 215. Eundem vocat Leo Pontifex *Tentonicorum regem prouidentissimum* p. 221. nec non *regem Romani imperii, regemque et Patricium Romanorum* p. 222. Quanta varietas? Otto II. dicitur *ROMANORVM REX semper Augustus* in diplomate a. 978. Magdeburgensibus dato p. 225. Frequentissime Caesares fuisse adpellatos *Imperatores Augustos*, non abnuo, monumenta enim publica et Diplomata inedita id ipsum abunde testantur. ANNALES HILDESHEIMENSES ad ann. 962. p. 718. *Apostolicus auxit super Ottonem Augustalem benedictionem, ut Imperator Augustus vocaretur et esset*. Otto sic adpellatur etiam in permultis Diplomatum. Hoc tamen non est perpetuum. Henricus II. Imperator creberrime *Rex* vocatur. LEVCKFELDIUS in Diplomatum ad Antiqq. Halberstad. p. 667. sqq. ita docet. Causa equidem in promptu est. Otto enim III. obiit a. 1002. Henricus vero demum a. 1014. Romae inauguratus est. Eligebant tum videlicet Germani Regem Romanorum, et Pontifex eum renunciabat *Imperatorem* vel *Imperatorem Augustum*. Ita Henricus * Rhaspo, Friderici II. Anticaesar, sese vocat *Romanorum regem semper Augustum*, apud HAHNIUM l. c. p. 248. sqq. nunquam videlicet Romae fuit inauguratus et diademate Imperatorio ornatus, Wilhelmus Caesar, Hollandiae Comes, adpellat sese *in Regem Romanorum electum, semper Augustum*. Ibidem p. 255. Vnde patet, Regem Romanorum fuisse eum, qui electus erat ab ordinibus imperii in Imperatorem, necdum ab Episcopo Romano fuerat ordinatus, siue statim capesseret solus Imperium; siue in societatem, et spem succedendi, tantum veniret. Ita res sese iam sub Lothario I. habebat. Is faciebat filium suum Regem Italiae et Romanorum, et deinceps eum mittebat Romam, ut Imperatoris nomen acciperet. Si dubitas, audi ADONEM VIENNENSEM aetate VI. Chronici p. 809. T. XVI. Bibliothecae maximae Patrum, qui sic scripsit: *Non multo post Lotharius filium, quem in Italia regem fecerat, ut Imperatoris nomen sortiretur, per Drogonem patrum Romam misit. Fuit igitur Ludouicus ille secundus prius rex quam Imperator*.
 * Sic vocatur eo, quod castrum Ralsperg construxit et ibi habitauit. HISTORIA de Landgrau. Thuring. c. 12. p. 1307.
 (g) Henricus III. vocatur *diuina fauente clementia Romanorum Rex Augustus*, apud HAHNIUM l. c. p. 69. Nec non Henricus V. p. 73.
 (h) Apud HAHNIUM l. c. p. 248. sqq.
 (i) Eruditi de eo inter sese dissentiunt, quo praecipue saeculo titulus *Regis Romanorum* primum auditus sit. IOANNES SCHILTERVS Caroli M. temporibus originem adsignat T. II. Institutionum Iuris publici tit. I. n. 14. p. 7. Contradicit ei WERLHOF Iuris publici enucleati c. II. §. VI. in notis sub litt. a. p. 9. IOANNES NICOLAVS HERTIVS pro saeculo Friderici I. Barbarossae militare videtur sect. II. Diss. de Diplomate Germaniae Imperatorum et Regum §. I. in Notis p. 38. I. G. LEVCKFELDIUS in Antiqq. Praemonstratensibus de monasterio Gratia Dei §. 14. in notis sub litt. p. 32. originem in Henrico III. et Henrico IV. aetatem reuocat. At vero iam Henricus II. ita dictus est a Benedicto VIII. Bulla sic finitur: *Data VI. Idus Aprilis mensis, Episcopi Apostolicae sedis legati, Anno Henrici, inunctissimi Regis Romanorum XVII. Imperis vero eius tertio*. Eam exhibent GOLSCHEVVS in Gestis Treuerorum c. XLIX. p. 73. et CHRISTOPHORVS BROWERVS T. I. Annal. Treuirensium L. XI. n. XI. p. 505. Ipse tamen Henricus eum sibi titulum in nullo Diplomatum tribuit. Origo igitur tituli ad arbitrium Papae referenda est, qui eo et Aduocatum vrbs Romae et Regem Italiae et Imperatorem ornare consueuerat, Aduocatum inquam regem, Ludouici autem Pii singulos filios retinuisse aduocatum Romanorum, in confesso est apud omnes.

§. VI.

Ludouicus fuit Rex Romanorum.

Quum Ludouicus, senior Lotharii primi, Imperatoris, filius, Ludolfo, a. 844. in eunte, Romam proficiscenti litteras ad Sergium daret, non potuit sese vocare Imperatorem, adprobante Pontifice, a quo nondum erat coronatus diademate Imperatorio. Nihil igitur reliquum erat, nisi vt sese vocaret *regem Italiae et Romanorum*. Nam ante

ante annum 844. a Patre erat factus rex Italiae, (a) anno autem demonstrato iuit Romam, (b) vbi a Sergio II. perbeneuole acceptus, (c) in regem Italiae, Longobardiae (d) in primis et Romae (e) a Pontifice eodem renunciatus est. Anno deinceps 850. demum (f) Romae a Leone Pontifice Imperatoria corona exornatus est. (g) Quum autem Ludouicus nomine parentis eiusque iussu id itineris suscepit, nemo erit tam durus, quin persentiscat, Ludolfi e re fuisse, ab ipso Lothario, vt auctoritas maior et certior constaret petitioni suae commendatitias sibi expetere litteras; quod eo commodius efficere potuit, quo propius Lotharium accesserat anno 843. inclinante quum Lotharius rediit in gratiam cum fratribus, et Ludolfus in numero comitum Ludouici, regis Germaniae, fuit. Si haec debite expendantur, nullus supererit scrupulus, qui impedire possit, quo minus utrumque Diploma Ludolfinum sua gaudeat genuina antiquitate et sinceritate.

- (a) ADO VIENNENSIS: Non multo post Lotharius filium, quem in ITALIA REGEM fecerat, vt Imperatoris nomen sortiretur, per Drogonem patrum Roman misit. Errat in anno, vt statim patebit.
- (b) ANASTASIUS in Vita Pontificum, in Vita Sergii II. p. 249. Lotharius Drogonem-Metensi Ecclesiae Archiepiscopum, cum excellentissimo Hludowico, filio suo magno, cum Francorum exercitu Romam direxit. - Ipse vero, a quo in oras Bononiae ciuitatis cum belligeris suis exercitibus sunt ingressi, tantisque strages in populo peregerunt, vt qui per urbes et agros tyrannica erant crudelitate perterriti, relictis propriis locis, per loca abdita se absconderent.
- (c) Sergius cum honore regioe adiciebat, et vt regem Italiae suscipiebat, teste eodem ANASTASIO p. 249. FRODOARDVS in carmine de Pontificibus p. 589.

*Augusti subolem praestanti Praesul honore
Suscipit*

Impediuit tamen Sergius, quo minus exercitus Ludouici urbem introiret, teste ANASTASIO p. 250. nec prius portas aedis Petrinae ei aperiri iussit, quam iurasset, sese Romanis nihil noxae esse illaturum. FRODOARDVS p. 589. 590. ANASTASIUS l. c.

- (d) ANASTASIUS l. c. p. 251. Almsicus Pontifex manibus suis ipsum Hludovicum - oleo sancto perungens, regali ac pretiosissima coronauit corona, Regemque Longobardis praefecit, cui regalem tribuens gladium illum subingere iussit. ANNALES BERTINIANI ad a. 844. Hludovicum Pontifex Romanus unctione in Regem consecratum cingulo decorauit.
- (e) Erat enim ab auo et patre designatus ac constitutus Italiae Rex. Ludouicus hic enim ipse apud ANNALISTAM BERTINIANVM ad a. 856. id ipsum ostendit: Ludouicus, Rex Italiae, - super portione regni paterni in Francia - conquiritur, Italiam largitate aus, Ludouici imperatoris, se asserens affecutum. Lotharius dicitur fecisse Ludouicum Regem in Italia apud Adonem Vjennensem. Locum paullo ante dedi. PLATINA, ex vetustis membranarum et monumentis de Vita Pontificum commentatus, in Vita Sergii sic scribit p. 294. 295. Quum urbi appropinquasset ei que obuiam honoris causa Romani ciues prodissent, depolita ferocitate illa Gallica mitor esse coepit, quod ei praeter sententiam ingredi urbem pacato agmine liceret. Prodeunt et obuiam ad primum lapidem sacerdotes cum crucibus et hoc cantu: Benedictus, qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis, Atque cum usque ad gradus sancti Petri comitantur, ibi Pontificem offendens mutuo osculo, mutuaque salute data et accepta, ad argenteas portas simul peruenere clausas quidem. Tum Pontifex, si pacato magis quam hostili animo ad nos venisti, si que ad reipublicae christianae utilitatem magis respicis, quam ad voluptatem saeuicem habes scelerum omnium ultorem. Quum autem bono animo esse Pontificem iussisset, statim eius iussu fores patuere. Ingressi itaque pariter magna Romanorum ac Francorum multitudine tum praecedente tum sequente, quum ad Altare Beati Petri peruissent, procidentes simul omnipotenti Deo et Apostolorum principi gratias egerunt, quod sine ulla maleficio res ex sententia acta esset Pentecostes octaua. Verum quum postea a multitudine militum suburbia vastarentur, parumque abesset, quin urbem praedandi causa irrumperent, octauo, ex quo venerat, die, videntibus omnibus, qui aderant, Ludouicum regem oleo sancto inungit, corona donat, REGEM ITALIAE decernit. Ad quem Sigimolpus dux Beneuentanus salutandi hominis causa statim venit, qua quidem multitudine et arbores truncatae, et pecora distracta, et segetes, vt fit, in pabulum equorum succisae sunt. His itaque Pontifex, quidquid petiere, honestum praesertim, facile concessit, quo citius ab urbe discederent.
- (f) ANNALES BERTINIANI ad a. 850. Lotharius filium suum Ludouicum Romam misit, qui a Leone Papa honorifice susceptus et in Imperatorem unctus est.
- (g) ADO VIENNENSIS l. c. p. 809. Ludouico Sergius iam tunc Pontifex coronam imposuit, acclamante uniuerso populo, Imperator et Augustus est saluatus. Fallitur ADO in anno, confundit enim coronationem regiam, a 844. a Sergio factam, cum imperatoria, quam Leo IV. a. 850. peregit. Conf. HVGONIS FLAVINIACENSIS P. I. Chronici p. 120.

§. VII.

*Diplomata Gandersheimensia sunt membranarum inscripta primo tempore, exceptis
Bullis Papalibus.*

Quum Innocentius tertius litem, quae inter Abbatissam et sorores Ecclesiae Gandersheimensis ex vna parte, et Episcopum Hildesensem ex altera parte exarserat, dirimere studisset, praecipue in id incubuit, vt curaret describenda et transmittenda illa

G g

diplo-

diplomata, quae ad exemptam ecclesiae Gandersheimensis indolem repraesentandam videbantur aptissima. Gandersheimense enim Capitulum, documenta ipsa prima et autographa Romam mitti et casibus variis fragilitatis humanae exponi, recusabat, ac caussabatur, scripta esse in chartis illa priuilegia, et per vetustatem fuisse iam attrita. Priuilegia non exigebantur alia quam a Pontificibus data. Romae enim lis erat decidenda. Quare a priuilegiis Pontificum, in charta scriptis, ad cetera documenta, verbi causa, fundationis et donationum colligi nulla ratione potest. Nec est, quod Agapeti II, priuilegium, quod olim in membrana scriptum est, rodas. Genuinum enim id esse et sincerum, patet ex confirmatione Innocentii tertii, qui quoniam priuilegium id tum erat integrum et sincerum, potiora tantum inde repetit, quae accurate respondent verbis ipsis priuilegii Agapeti II, quod in membrana scriptum exstat. Quantum quidem ad diplomata Ludolfina adinet, ea non potuerunt non aulae Romanae et Episcopis esse ingratis. Regem enim Italiae et Imperatorem mandatis suis vrgere Pontifices, paulo post Sergium II. in desuetudinem abiit. Nicolaus I. certe Ludouicum, de quo disseruimus, adegit ad facta prorsus inconuenientia et insulsa. Is enim rex instar stabularii sese gerere debuit, et originem dare stolidissimae et regibus inconuenienti cerimoniae. (a) *HINC MARVS* Archiepiscopus Rhemensis a. 884. ad Carolomanum Regem libellum scripsit de *Potestate regia et Pontificia et de vtriusque regiminis administratione*, distincteque docuit, dignitatem Pontificum maiorem esse quam Regum. (b) Tanta auctoritate et rationibus priuatis tum plurimis tum maximis permoti sunt Monachi et sacerdotes, vt tradere non erubescerent, Pontifici subesse Imperatorem in rebus ecclesiasticis, in hisce enim Papam Romanum nulli hominum esse obnoxium, quod ipsum audacter pronuntiat Pontifex Nicolaus primus. (c) Ex quibus elucet, Monachos Clericosque id aetatis, si Ludolfina diplomata ei supposuissent, nullo pacto fuisse commissuros, vt traderetur, regem Italiae mandasse aliquid Sergio et ab hoc Episcopo vocari *Dominum nostrum, Regemque nostrum*. Ea de causa, quemadmodum probabilissime suspicor, Innocentio tertio diplomata Ludolfina et Sergii epistola aut innotuerunt, citra adprobationem, ac cum abolitione ipsius epistolae et diplomatis membranacei Ludolfini, quod Sergii litteras continet et olim in chartam fuit translatum; aut non innotuerunt, prudentia quatuor illorum, qui priuilegia monasterii Gandersheimensis inspexerunt et descripserunt, dissuadente irritationem Pontificis. Cur enim Sergii litterae perierunt, vbi diplomata vetustissima manserunt illibata? Clerici indubie eis nullum posuerunt pretium flammisque saepius intulerunt, quae Monarchiae suae ecclesiasticae videbantur repugnare.

- (a) *ANASTASIVS* in Vita Nicolai I, p. 308. *Caesar frenum equi Pontificis suis manibus apprehendens, pedestri more, quantum sagittae iactus extenditur, traxit. - Imperator equo descendit, equumque Pontificis iterum, ut meminimus supra, traxit.*
- (b) Is loco citato apud *GOLDASTVM* de Monarchia S. Romani Imperii To. I. c. 2. p. 3. *Tanto grauius pondus est sacerdotum, quanto etiam pro ipsis Regibus hominum in diuino reddituri sunt examine rationem, et tanto est dignitas Pontificum maior, quam Regum, quia Reges in culmen Regum sacrantur a Pontificibus; Pontifices autem a Regibus consecrari non possunt.*
- (c) *NICOLAUS* I. in Epist. ad Carolum Caluum p. 325. T. III. Concil. Galliae Sirmondi: *Quum nos tam a Theutberga, quam a Lothario fuerimus prouocati iudices, - ad nullos alios conuenis super hoc negotio iudices conuocare - Consentit REGINO L. II. Chronici ad a. 866. p. 46. qui ad a. 863. p. 49. distincte satis testatur, quod Nicolaus Regibus et tyrannis imperavit. Nicolai enim erat palmarium illud dogma, non esse Apostolicae sedis auctoritate usquam maiorem auctoritatem, vti in Epistola memorata Nicolaus ingenue inculcat et praedicat.*

§. VIII.

De Marcu Ruderia et Lutheria ad commendationem Ludouici pro dotatione Ludolfi.

Ludolfino in Diplomate vtroque commemorantur territoria, quae vocantur *MARCVS*, alibi saepius *MARCAE*. Adtigi iam in *Vita Ludolfi* nonnulla, quae ad illustrationem adpellationis faciunt. In praesens plura adiungere videtur operae pretium, tam ad significatum et vsum vocis ipsius ostendendum, quam ad antiquitates Germanicas locupletandas et in pleniorum lucem protrahendas. Nominatim vero de *Ruderia Marcu* agendum mihi esse, existimo. At quid haec ad Ludouicum, Italiae regem? Non admodum. Quum tamen Ludolfus a Ludouico confirmatus sit in coepto suo, et ab eodem Pontifici commendatus, eaque de causa tunc in ipsis Italiae oris exstructio monasterii Gandersheimensis ac eius dotatio fuerit peruulgata; non alienum id erit a Ludouico, quod eius auctoritate, ope, ac commendatione a Papa adprobatum et confirmatum est.

est. Quis enim ignorat, *Ruderiam Marcam* fuisse ex agris illis, qui conobio Gandersheimensi ex Ludolfi benignitate et concessione in perpetuam cesserunt possessionem? *Marca* et *marcus* denotant territorium definitum fossisque aliisque signis confinium definitum. Antiquis saeculis munitiones erant raras, praecipue oppidorum. In Germania tam pauca erant ante Henricum regem, vulgo Aucupem, urbium munimenta, ut Nordmanni et postea Hunni inundarent et exhaurirent violentis excursionibus totum fere eius ambitum terrasque adiacentes. Ut igitur obstacula ponerentur irruptionibus, quantacunque hinc inde comparari poterant, et reuisum est publica, territorii addere limites ac fossas montiumque abrupta praecipitia. Ritus ille iam obtinuit aeo Imperatorum Graecorum saeculis quarto et quinto. Id enim ex codice Theodosiano (a) constat. Marcomani seu Marcomanni, Germaniae praescae populi, primo incolentes ad fontes Rheni et Danubii, et deinceps Boiohemum, hoc est, Bohemiam habitantes, indubie traxerunt a *marcis* illis adpellationem. *Marquer* et *mercken* est designare, determinare, unde *Marcus* et *Marca* est territorium definitum. *Marca Michlenstat* definitur in Chronico Laurishamensi. (b) *Germana marca* erat ad Eskiniwage seu Eschwege, oppidum Hassiae. (c) *Heringehusomarcha* ad Herrenhusen prope Sefam. (d) *Medietas omnis marchae*, quae ad *villam Filisfinga* nuncupatam adspicit, memoratur apud *GOLDASTVM*. (e) *Marcha* sumitur saepius, obseruante *CAROLO du FRESNE* pro modo agri vel certe territorio, (f) cui ignotum non erat, *Marcum* pro *marca* saepe occurrere in traditionibus Fuldensibus. (g) *Expers* foret litterarum, qui existimaret, singulis hisce *marcis* et *marcibus* praefuisse *marchiones*. Distinguendum omni-

- (a) L. VII. Tit. XV. p. 154. *Terrarum spatia, quae gentilibus propter curam munitionemque limitis atque fossati antiquorum humana fuerant provisione concessa, quoniam comperimus aliquos retinere, se eorum cupiditate vel desiderio retinentur, circa curam fossati tuitionemque limitis studio vel labore nouerint seruendum, ut illi, quos huic operi antiquitas deputat, alioquin sciant, haec spatia vel ad gentiles, si potuerint inueniri, vel certe ad veteranos esse non immerito transferenda, ut hac provisione seruata fossati limitisque nulla in parte timoris esse possit suspicio.* In litteris feudalibus medii aevi fossae illae, circa praedia vel territorium pro limitibus factae, dicuntur *schlachten*, ab *ausschlagen*, aggerando, *ausschlagen*, effodiendo, nisi aggeres ipsi utrimque fossam eingentes intelligendi sunt. Vocabantur etiam *marcae*, quae fossis et aggeribus ita erant definita et determinata. *REINHARDVS* Reinhusensis Abbas T. I. Leibnit. p. 704. *Siboldo defuncto, cum idem locus (REYNEHVSON) portioni Comitis Hermanni integraliter cederet, de consensu coheredum, ordinem monasticum ibi instituit, et omnia, quae habuit in ejusdem villae Marcha, nihil inibi sibi reservans, eo contradidit, et quatuor mansi decimam totius marchae cambrens ecclesiae contulit.*
- (b) T. I. Freheri p. 65. *Marchae Sturmethi, Geseke et Stockeim* occurrunt in *VITA MEINWERCI* c. 32. §. 6. p. 259. To. Leibnit.
- (c) T. II. Leibnit. Script. Brunsvic. p. 375. 377.
- (d) Apud *LEPCKFELDIUM* in Diplomate Ottonis II. C. XVII. §. 4. p. 155. Antiqq. Gandersh. et *LEIBNITIVM* T. I. p. 704. lin. 4.
- (e) In Notitia Alemannica XCI. *Testificati sunt, quod ex traditione Peraktoldi Comitis medietas omnis marchae, quae ad villam Filisfinga - aspicit, tam in siluis, quam aquis - ad Monasterium S. Galli iusto et legitime pertinere debet.*
- (f) *Marcus* pro *marca* saepe occurrit in Traditionibus Fuldensibus. *FRESNE* Gloss. lat. To. I. p. 501.
- (g) Haec ediderunt *IOANNES PISTORIUS* T. I. inter scriptores rerum Germanicarum p. 445. sqq. ed. Struu. 1726. Ratisbon. p. 487. sqq. et *IOANNES FRIDERICVS SCHANNAT*, inscriptas hoc titulo: *Corpus traditionum Fuldensium* Lipsi. 1724. fol. Vtar heic Pistorio secundum editionem Struuiam. *Marcas* potiores, quae inibi sunt obuia, nunc dabo. *Sulzidorfer* *Marca* seu *Sulzidorpero* *Marcus* p. 488. *Marca*, quae est super fluuio Flidina, ad monasterium S. Bonifacii, quod dicitur Fulda p. 490. Traditio, quae est apud Schannatum CXLV. exhibet chartam Walahfrides, qui donat atque tradit in elemosinam suam ad S. Bonifacium, quidquid proprietatis habebat in *Wintgrabono* *marcu* et in *Hranungero* *marcu*, p. 492. Non ouum ouo est similius, quam haec formulae illi, qua Ludolfus in diplomate altero vsus est. Loca ipsa pro hodierno situ ostendit idem Clarissimus *SCHANNAT* in *Buchonia* veteri p. 431. 398. Eadem formula recurrit in traditione, apud Schannatum quae est CXLIX. *Ego in Dei nomine Hunger, dono atque trado in elemosinam meam ad S. Bonifacium, quidquid in pago Salagerwe et in villa Kizzecho, et in marcu eius proprietatis habeo. - Scripta haec chartula - anno XXXIII. regni Domini Caroli, gloriosissimi regis Francorum* p. 493. Occurrit porro *Hnutelingero* *marcus* p. 494. *Westheimonomarcus* p. 495. in Trad. DLXXXII. apud Schannatum equidem omittitur. *Kizzehero* *marcus* p. 499. Trad. CCXCVII. *Marcus* tulbu p. 501. Trad. CCLIII. *Flidineromarcus* p. 502. Trad. CCXIII. Recurrit *Hnutelingero* *marcus* p. 504. Trad. CCVII. et *Hnutelingero* *marcus* p. 505. Trad. CCVI. Recurrit *Flidineromarcus* p. 508. Trad. CCXII. et *Salagerwono* *marcus* p. 510. Trad. CCXLIII. et *Kizzehero* *marcus* p. 513. Trad. CCCLI. Obuia est *Asefelder* *marca* p. 525. 530. *Scuntra* *marcus* p. 530. Trad. CCCXLV. *Luhefsono* *marcus* et *Razahano* *marcus* p. 547. *Liutturu* *marcus* l. c. Trad. CCCCLXXXII. Si vacat, addantur *Marcis* ex p. 554. 555. sqq. verum quid haec barbara vocabula ad rem ipsam? Sunt caput Medusae, quod malefantis eorum centuris opponitur, qui Diplomata Ludolfina nituntur auctoritate exuere, eo etiam nomine, quod *Marchae* tum nondum existerint et alioqui Ludolfus fuerit marchio. Quae *CALVOERII* exilis est ratiocinatio.

omnino est inter marcas ab Henrico Aucupe in limitibus Germaniae constitutas, et inter marcas antiquiores. Marcae antiquiores erant territoria et pars pagi, qui dicebatur *Gau*. Ita Ruderia marca erat in pago Ambergau. Dicitur autem a Rūden villa, olim *Riudium*, (h) Complectebatur Ruderia marca olim *Hebenhusum*, (i) *Bokenem*, (k) *Niensted*, (l) agros infra *Woldenstein*, (m) quibus adiacebat *Patheleche* seu *Bidelage*, olim *cur-*

- (h) Dicitur *Riudium* T. II. Leibn. p. 375. et *Riudiera* p. 373. *Ruderings* alibi. Est hodie duplex pagus, vnus *maius Rūden*, et alter *minus Rūden*. Vtrumque interfluit limes *Nette* amnis, qui ibi teritorium *Hildesheimense*, quod est ab austrō, et *Brunsvicense*, quod est ab euro, determinat, *maius Rūden* amplius redditum est ex incolis *Hebenhusensibus*, qui magnam partem eo olim concesserunt. Iura parochialia nunquam non *Abbatissa* ibi exercuit, Curam animarum in praesens ibi administrat *SCHRA-DERVS*, filius *Consiliarii* *Abbatissae* *Reuerendissimae*, quae nunc heic sedem tenet, et *Senioris* seu *Decani* in *Collegio* *Canonicorum* *Gandersheimensium*, vir in theologia, philosophia, et litteratura versatissimus. Exstant eius libelli nonnulli, aliquot *Dissertationes* *Ienae* sub praesidio *Ioannis* *Andreae* *Danzii* ventilatae, *historia* *reformationis* *1717*. emissa et alia.
